

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De nuptiis Philologiae et Mercurii - Cod. Ettenheim-Münster 7

Martianus <Capella>

[S.l.], [14. Jahrh.]

Annotationes

[urn:nbn:de:bsz:31-107516](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107516)

ANNOTATI

ONES IN LIBROS G. BVDAEI

de Contemptu rerum Fortuitarum,

in quibus nō modo uocabula ob-

scuriora sciissime explicātur, sed

& formulæ loquendi ele-

gantiores, atq; adeo pri-

scæ linguæ latinæ p-

prietas succincte

cōtinet, cuius

equidem

omni-

um,

quos nostra

vidit ætas, studiosiss. est BVDAUS.

IN LIBRVM PRIMVM

ANNOTATIONES

FOLIO 2.



IXEA ratione.) Rationem signifi= Ratio.
cat & calendarium se conficere opera
impensa studio literarum, existimatio
nisq; inde questæ, ob scriptorum suo
rum editionem. Qua in re lucrum factum, magis suum
esse censet, quàm patrimonium à maioribus acceptum,
i quod in

IN LIBRUM PRIMVM

In ere. Vi
de Annot.
in eplis.

quod in bonis externis adnumeratur, non in bonis animi, in quibus est literarum cognitio. Cicero in 15. epist. Multi enim anni sunt, cum ille in ere meo est. Sensus est igitur, equum esse censui aliquod opus meum dicere.

Dies ex
emptiles.
Intercalares.
Eximere
dicem &
tempus.

Annis iam aliquot.) Significat id tempus, quod ei uacuum fuisse studio ob inualitudinem, ex epistolis eius intelligimus, & negocia oborta. Dies exemptiles contrarij sunt intercalarij, Cicero in Verrem act. tertia & eximere dicem, & eximere tempus, Gellio, Cicero, & Liui.

FOLIO 3.

Quoad postremo.) Significat se, cum studio literarum acquisceret, nec crescere ambitu concupiisset, constitisset etiam in ea sorte conuenire, in qua ad uitam transigendam non mediocriter instructus erat, oblata occasione non quaesita, se in aulam attractum, luculenta spe obiecta primore specie, sed ad extremum fallaci atque inani.

Ne intellecta quidem.) Hic unica negatio uim obtinet duarum.

In praesidium redire.) Translatio est ab ijs ducta, qui hostium insidijs nec opinato deprehensi, cum tumultu atque trepidatione in castra aut praesidia se recipiunt.

Hosce uero tu ludos.) Tu, inquit, frater, cum ego sic periclitarer in rebus nouis tentandis, domi eras, uitam agens certam & tranquillitate foelicem, & ex lueris meis nuncijsque intelligebas, qua in difficultate uersarer, & quasi ad solem aestuarem, in meo

dioc.

diog; theatro ludibrio essem fortuna.

Proferentis spiritus.) Proferunt se spiritus, cum Proferre quis ab ambitu non abhorrens specimen sui facere cupit, & in medium prodire, ut nomen suum illustret, aut conditionem suam splendidiorem industria sua faciat. Id quod cum ipse facere amicorum flagitatione turgijsq; instruisset, qui ei euentum responsurum, quasi sponse interposita affirmabant, animi tamen aurgurium dicit aduersum semper fuisse.

Iuratisimi amici.) Quasi hde & iureiurando Iuratisimi auctorati, ex Plinio. mi amici.

Nisi mibi.) Efficiam, inquit, cum Deo benivolente, ut huius mei consilij ratio mibi constet & uobis, id est, ne olim sit mibi poenitendum, quod haecenus in posterum literarum cultum amplectendum censui. Si enim hac ratione posteritati me commendauero, bene mecum actum esse dicetis, quod ambitioni aulicae salutem cito dixi.

Et egorerum expetendarum.) Sese reprehendens est, cum quadam exclamatione, ut illud Virg. Et dum bitamus adhuc uirtutem extendere factis, uel illud, Et quisquam lunonis numen adoret.

FOLIO 4.

Expostulabam.) Expostulare summissim, seruo: Expostularum est erga dominos, qui aperte conqueri non audent propter reuerentiam. re summissim.

Consuluerat.) Consulo de te, & consulo in te significat Cōsu-de te Cōsu-in te

IN LIBRUM PRIMUM

gnificat, idem quod statuo, quibus locutionibus utuntur Cicero & Lilius.

Præpropere pronuciare, est sententiam ferre de re non plane cognita & comperta.

Res ancipites. Res ancipites uocat, quas Græci εὐδὲ χρομείας uocant, & quæ contingentes uocantur à recentioribus, & necessarijs opponuntur.

Viuere. Videar mihi uiuere.) Viuere intelligit, uite humanæ muneribus plane frui, quæ potiora sunt in anio tranquillo, quàm affectibus imodicis distractio atq; interpellatio. Esse aut in uita, est inter superstites adnumerari.

Esse i uita. Cū genio pugnare. Cum genio meo belligerare.) Pugnare cum genio suo, qui uim naturæ atq; ingenio afferunt, ab eo operas exigentes, quas magnopere grauat, ut si ex hominibus studiosissimo literarum, aulicum facere uelis.

Officinam illam fortune.) Hæc dicta sunt de illecebris aule.

Præstites Genij. Nisi si genium præstitem.) Præstites dij, qui sint, è Macrobio intelliges lib. primo Saturna. Præstites Lares Ouidio in Fastis. Præstites Genij Martiano. Hæc p. angelo priuo ponitur ex sententia theologorum. Græcis τῶσδ' αἰται dicuntur, uel τῶσδ' αἰταῖοντες.

Teuorteg. Prætexta. Circa personam ac prætextam.) Eos significat, qui nec honores nec magistratus gerunt. Est enim prætextata magistratus insigne.

Ne equitatis quidem &c.) Id est, qui nec mihi amici nec uiri boni erant, sed inuidi & iniqui.

Quasiq;

Quasiq; in cōuentu pestilenti.) Conuentū pestilenti-
tem uocat aulicum comitalum, in quo qui aliquandiu
uerfantur, ambitione afficiuntur, quæ animos quam-
libet compositos perturbat, & tandem cupiditate cor-
rumpit, perditāq; obliuione sui. Cuius morbi conta-
gione intactum se rediisse ait.

Colluuio est sordiuū confluxio lutulenta, ē multis lo-
cis in unum corruata, à qua est ducta metaphora. In
aulā enī undiq; conueniūt homines uarijs errabundisq;
affectibus exagitati, multiphariaq; ipostura artifices.

FOLIO. 5.

Eo munere defunctus sim.) Rex ultro Budeum in
aulā cuocauerat, ut comes legationis esset in fines Arra-
gonie destinata, atq; ibi occursum legatiōi Hispania.

Philologia amor est honestarū disciplinarū & lite-
rarū humaniorū, eam Budeus tanquā amicā suam sæ-
pe cōmemorat, quā in contubernio semper habuisse li-
beraliter ait, ita ut nullius potestati eā mancipauerit,

ne aulicis quidem imperijs obnoxia esse passus sit.

Auctorare, est are dato obligare, οὐκ ἀκούει. Vnde
auctorati milites dicebātur, qui stipendiū acceperant.

Nexus est genus obligationis ciuilis, qua corpus cti-
am, ut pignus afficitur.

Princeps & auctor sententiæ dicitur, qui primus
aliquid in Senatu censuit, in quam alij pedibus eunt, ut
olum: aut assensu, ut hodie.

Prærogatiua opinio dicitur eius, qui primus roga-
tus est

Colluuio-

Philolo-
gia.

Auctora =
re.

οὐκ ἀκούει
Auctorati
milites.

Nexus.
Princeps
sententiæ

Præroga-
tiua opinio.

IN LIBRVM PRIMVM

tus est sententiã, ut olim prerogatiua tribus dicebatur
in comitijs. Philologia igitur & Philosophia auctores
Budeo fuerunt huius consilij capiendi.

Instrumen Attico et Romano instrumeto.) Libros utriusq; lin
tũ Atticũ, Colui ac subegi.) Cicero de Ora= (qua dicitur
& Roma. tore, Subactio mihi ingenio opus est, ut agro non semel
Subigere arato, sed nouato & iterato. Subactio autem, inqum
ingenium. ipse, est usus, lectio, auditio, litera.

Heredita e illam quidem etc.) Id est, si patrimo
nium tantum meum assen hereditatis efficiat, & in ea
nominis comendatio non est iunctur & conseatur.

Male mentem dissimulant ij, qui similitatem & in
uidiam suam produunt aliquo actu.

Oculi cu= Oculi curiosi, sunt eorum, qui studiosi sunt earum
riosi. rerum spectandarũ, quæ ad rem non pertinent.

FOLIO. 6.

Morem gerere oculis inuidentium, est ex eorum o=
culis facessere & abire.

Emanfi= Emanfitare uerbũ.) Est ab emanforibus militibus
tare. dictum, quorũ crimen leuius est, quàm de scro riu.

Eius etiam copias.) Copie fortune sunt honores
& opes, sed allusit ad copias militares.

Telum. Vitalibus telum herere dicitur, cum in ijs parti=
bus defixum est, in quibus sedes est uite.

Per telum autem hic, significat fortune fallaciam, quæ
spem conceptam augendarum facultatum, au tollendi q;
fastigij, frustrata est, cum eo etiã, ut in discrimen uene=
rit ipse.

rit ipse, aut ignominie subeunda, aut dispendij, dāniq;
non mediocris accipiēdi. Id quod aperte significare no
luit, ut satis notū fratri, & ceteris occultandū.

Accinctus est, qui ad pugnam se comparat, & ad
huc incertus est euētus. Disinctus est, qui e pugna iam
redijt, & gloriari potest. Verba sunt. 3. Reg. 20.

Detextas.) Id est, perfectas. Virg. secunda ecloga.
Quin tu aliquid saltem potius, quorū indiget usus, Vi-
minibus molliq; paras detexere iunco, id est, multū texe
re, finire, perficere. Nam de particula modo non minu-
entis est, sed argenti, ut Seruius inquit.

Cōmissit.) Cōmissum bellum dicitur iam cōceptum,
irritatis utriq; animis, aliqua clade illata.

Stoica uanitatis.) Stoici scelicitatē hominis in sa-
pientie suo sitam esse affirmabant, nec à Deo pendere.

Ex aequanimiatis gradu.) De gradu deijcere, &
de statu deijcere, uerba crebra apud Ciceronem, per
metaphorā dicta sunt, pro eo quod est, de constantia de-
ducere & proposito, in quo pedem fiximus. Potest eti-
am esse ducta translatio à gradibus theatri uel loci edi-
tioris occupati. Dicitur etiam dimouere & deducere.
Græce, ἀπὸ τοῦ φρονήματος καὶ δελείρ.

FOLIO. 7.

Vel cōsiliari pot.) Signifi. se nō esse morbo leuatū.

In noctēq;.) Id est, ut in singulas noctes moriē expe-
ctare. Alludit ad morē loquendi, cū dicimus, in diem ui-
uere hoies nequitia præditos, & frugalitatis expertes.

IN LIBRVM PRIMVM

Dolore grassante. Id est se uiente. κατὰ σῆμα τῆς τοῦ
 Iugulum appetente &c.) (τὸ τοῦ δ' αὐτοῦ.
 Desillationem nocturnam significat, fauces noctu an-
 gentem cum summo uitæ discrimine.

Vitæ retinaculum.) Id est causam unicā, propter
 quam uiuere non nollem.

Exemplū. Cuius exemplum.) Sic Iuuenalis, si nulla exempla
 beati Pauperis esse putant, id est nullum unquam fuisse
 beatum, qui idem esset pauper.

Cedere diem. Ut cuius dies &c.) Cedere diem, uerbū est iuris,
 ut in titulo de uerborū significatione in Pandectis. Sic
 Cicero de Senectute, Horæ quidem cedunt & dies, &
 menses, & anni, id est, licet mors non uenerit, tamen
 dies mori cedit, etiam quacunq; hora & mense homo
 mori potest, & tempus fati semper procedit & instat.
 Cedere enim diem significat incipere deberi pecuniā,
 etiam si nondum peti possit.

Rationem inire. Ut enim rationem inieris.) Id est, prout bene aut
 male tecum actum esse censueris. Ut si redundantium co-
 piarum iacturā, quasi in mari iactum, leuamen esse mo-
 lestiarum iudices, & e quo animo feras.

Rationem subducere. Rationē scite subducere.) Id est, discrimen rectū
 facere rerū secundarum & aduersarū. Nam quæ incō-
 moda uulgus existimat luculenta, is sepe commoda esse
 non mediocria censeret. Veritas enī in occulto plerūq;

Quasacra quæp̄sana. Quasacra.) Sic Cicero ad Atticū, Populi sensus in
 spectā

spectaculis per spectus est, nam gladiatoribus, qua do-
minus, qua aduocati, sibilis confessi, & alibi uidem.
Plautus, Mores autem rapere properat, qua sacrum,
qua publicum, id est, sacrum iuxta atq; publicum.

(Vt plurimos calculos.) Alludit ad calculos can-
didos et atros, quibus foelices dies in foelicesq; signifi-
cantur, ex Persio. Hunc Macrine diem numer a me-
liore lapillo.

Calculi.

FOLIOS.

Fastigium est dignitas & quasi maiestas, uel ho-
minis uel honoris. Curtius in octauo, Per uos gloriaq;
uestram oro, qua humanum fastigium exceditis. Cice-
ro in Antoniana secunda, fastigium inter honores di-
uinos numerat.

Fastigiū.

Casus temerarius est, qui graece τυρόματόν dici-
tur. Differt à fortuna, ut docet Plutarchus lib. primo
de placitis philosophorum. A Cicerone temeritas uo-
catur, ut in secundo de natura deorum, Nulla igitur in
caelo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio inest. Et
secundo de diuinatione, Quid enim fors est? idem pro-
pmodum quod micare, quod talos iacere, quod tesse-
ras, quibus in rebus temeritas & casus, non ratio nec
consilium ualet.

Automa-
ton.
Temi-
tas.

(Hominis sacramento.) Sacramentum hic poni-
tur pro sacra quadā dignatione sancta q; natura, qua
genus humanum praeter ceteris animalibus praeditum
est. Lact. Quicumq; igitur sacramentū hominis meri,

Sacra-
mentum.

rationemq; natura suæ nititur obtinere, ipse se ab huius
 mo susciuet, & erecta mente, oculos in cœlum tendat.
 Aliquando sacramentū est *μυστήριον* ut idem. Ideoq;
 a veteribus institutū est, ut in sacramento ignis & aquæ
 nuptiarum fœdera sanciantur. Leo papa, Dominus no-
 ster instituit, ut ueritas quæ antea legis & propheta-
 rum præconio cōinebatur, per apostolicam tubam in
 salutem uniuersitatis exiret. Sed huius muneris sacra-
 mētum ad omnium apostolorū officium sic pertinere
 uoluit, ut in Petro apostolorum summo collocaret.
 Idem fecit Laurentius Val. in Matib. 11. cap.

**Natalibus
 restitui.**

Natalibus restitui dicuntur liberi, quando à prin-
 cipe ius ingenuitatis impetrāt. Et nobiles hodie à prin-
 cipe natalibus restituumur codicillis, quando negocia-
 tione aut sordido quæstu inter plebeios censerī coepti
 sunt, & iterum ad munia nobilitatis reuertī uolunt.
 Hic per metaphoram de baptismo iniatiis dicitur,
 qui puritati atq; innocentie restituumtur, & ab ob-
 noxia condicione Stygij genij eximuntur quasi seruum,
 te natua atq; hereditaria.

**Ius pete-
 re.**

Ius petere ab aliquo iudice, est in eius esse iuris-
 dictione.

De.

De æqui boniq; sententia. Sic dicitur, ut Cic. in
 Verrem dixi, Ea de propinquorum sententia pecunio
 sa mulier, testamento fecit filiam heredem. idem, De
 consilij sententia ait se frumentum Mamertinis re-
 mittere. Acquum & bonum idem est quod æquitas,
 que

ANNOTATIONES FOL. 6

que græcè ἐπιχειρία dicitur. Sensus est igitur, fortu-
nam bona sua largiri non secundum æquitatem, sed κεία-
prout alca casusq; temerarius tulerit.

Id autem quod sequitur, Atque earum rerum
cæcas esse causas &c.) Proprie id quod sepe in
huiusmodi rebus commemorandis dicitur, Iudicia
Dei esse abyssum.

Consumantur.) Id est impendantur.

Hæc ratione.) Hoc dictum est propter conne-
xionem clementiorum.

Ius distributum hic proprie accipitur pro eo qd̄ Ius distri-
Aristoteles δίκαιον καὶ τικόν vocat, cum iuris perui ho-
die distributam iustitiam uocent eam, quæ in com-
mercij & pactij hominum actionibus dijudican-
dis uersatur, & de iudiciorum animaduersionibus con-
stituendis. Budæus in annotationibus in Pandectas, sa-
tis hoc explicauit, de iuris diuisione loquens.

Aristides Atheniensi fuit probitate inclita, Aristi-
& Phocion etiam Atheniensis summa uita & integra-
ta. Vtriusque uitam Plutarchus scripsit, eosq; Ca-
Phocionibus comparat.

Post mortem tertiam.) Id est, Phihiriasim, hoc Phihiria-
est, morbum pedicularum. sis.

FOLIO 9.

Nulla loco sint.) Id est, nulla existimatiõe et honore.

Mundus græcè κόσμος dicitur, id est ornatus, & κόσμος.
rerum concinne appositæq; constructarum decor.

Inertens

IN LIBRVM PRIMVM

Iners. Inertem orbem sic dixit, ut Virg. in primo Geor-
gicon, inertes glebas, & inertem mundum Lucanus
in tertio Pharsal.

Centrum mundi est terra.

Dissidere potest.) Cicero in Philip. Ex quo iudi-
care debetis me non cum homine solere, sed cum causa
dissidere. Et in finibus, Animus à se ipse dissidens se-
cumq; discordans.

Scientia & facundia.) Hoc dicit, quia scientia
sine elegantia literarum, est infantia, ut Cicero inquit,
& facundia sine rerū scientia, est uerborū funditatio.

**In ordinē
cogere.** In ordinem cogere, & in ordinem redigere, apud
Liuium & Senecam et Plinium iuniorem, est, ut ple-

ἐγκύλι
ομ

beium & uulgarem & triuialem existimare. Hoc græ-
ce ἐγκύλιον dicitur, quod in ordinem redactū est,
hoc est, quod non est egregium & eximium. Meminit
Priscianus de constructione.

**Conniuen-
tia.**

Per conuiuentiam.) Conuiuentia eorum, qui
summe reip. præsunt, taxatur, id est, eorum ignauia,
qui tantam indignitatem in existimationem reip. ad-
missam non animaduertunt, uel animaduersam negli-
gunt, quasi non uideant. Conuiuentia enim est patien-
tia accommodantium, ac uidere se dissimulantium.

Fascibus submittere &c.) Metaphorice dictū
est, pro dignitatem ingenij doctrina & elegantia eru-
ditione exculti obnoxiam facere & subseruentem au-
lice potentia. Hoc satis Bud. in annota. enarrat.

Religione

Religione obstringi, est quod uulgo dicunt, consci- Religione
entia remorderi, & deterreri reuerētia diuina ab ali- obstringi-
quo facinore. Verbum frequens apud Luuium.

Exstitit, quasi ex inferis enascitur & emergit.

Quicquid naturarū cœlestium.) Id est, quic-
quid cœlum ex astrorum compositione & aspectu mu-
tuo affectum, in natali hora cuiusq; efficit, quod ideo
à grecis ἀποτέλεσμα dicitur, quo uerbo inferius Apote-
uitur. His autem uerbis satis ipse declarat, quæ sua sit lesma.
sentētia de Chaldaicis Mathematicisq; prædictionib.

F O L I O 10.

Conniuentiam dininis &c.) Id est, cuius mo-
dum & mensuram Deus ipse nouit solus, hoc est, qua
tenus libero hominū arbitrio inique & scelerate agen-
tium, & quamdiu, non obstare sibi complacitum sit,
Quod conniuere est diuinum. Nec tamen ideo aspirat Conniuers
inceptis huiuscemodi, quæ de prauatis mentibus susci-
piuntur, sed omnis est culpa hominum. tia Dei.

Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quan-
do reip. constitutio tenorem suam iam non seruat, Inclina-
sed ad mutationem spectare uidetur. Cic. Philip. Mi-
nimis momentis P. C. maxime inclinationes tempo-
rum sunt, & in simibus. Hoc amplius Theophrastus,
quæ essent in repub. inclinationes rerum & momen-
ta temporum, quibus esset moderandum.

In expiandis sceleribus.) Id est, luendis, ut apud Expiare.
Plin. in epistolis, Abortum fecit neptis tua, dum quæ-
dam cristo-

IN LIBRVM PRIMVM

dam custodienda praegnantibus omittit, & facit omittenda. Quem errorem magnis documentis exprimit, in summum periculum adducta. Plin. auunculus lib. 33. de lectis argenteis, Quae omnia (inquit) experiauit bellum civile Syllanum. idem, Haec saepe experita magnis euentibus.

Tantum non.
ὄσ'ορ.
ὄυ'ω.
μὲν'ορ'οῦ.

Tantum non, pro ferme, apud Luuium, Pliniū, & Terentium, ex Graecorū imitatione, qui ὄσ'ορ' οὔ'ω dicunt, & μὲν'ορ'οῦ, id est, solum non.

Caci ductus, per metaphoram hic dicitur, ab aquae ductibus in terra conditis. Sic Cice de Oratore, Ut res caecas & aspectus iudicio remotas, conformatio quaedam & imago ita notaret.

Ἄδραστια
Nemesis.

Nomen ex eo sortitam.) Ἄδραστια & graece dicitur, a quo fugae locus non est. Vnde Adrastia Nemesis dea dicta. Quo uerbores uarie significantur, sed hic pro numine accipitur. Nemesis autem ab inuidia dicitur non improbata, ut docet Arist. secundo Ethicorum, uel a distributione bonorum malorumque, ut alij censuerunt.

Porro,

Quod si porro.) Id est, si ulterius. Cum scilicet caligine &c.) Inniuit tempus Euangelij, & uerbi hominis facti.

FOLIO II.

Ut prout fors exierit.) Hoc ductum est ex more Athletarum, qui in theatro bini committebantur.

Agonotheta.

Agonotheta (inquit Eustathius) dicti sunt olim sacrorum

ANNOTATIONES FOL. 9

sacrorum agonum certaminumq; praesides, qui athletic moderabantur. Erant etiam iudices certaminum, quos Hellanodicas, uel ut alij Hellenodicas uocabant.

Obluctator, hic accipitur pro incommodis & aduersis casibus.

Agonothetis rectus est saemi generis, quasi dicas, agonis arbitrix.

Delectum copiarum.) Id est, eorum quos electos sacra scriptura uocat, in ecclesia militantes.

Ductu & auspicijs.) Verba sunt usitata apud historicos in mentione imperatorum & ducum, qui auspiorum ius habeant. Id ex Gellio intelligi facile potest, lib. 12.

Constituendosq; ritus.) Canonicas constitutiones significat, & ius pontificium.

Cardinibus.) Sicut ostium & fores & aliae moles uersatiles cardinibus reguntur, sic praemijs & animaduersionibus mundus inferior constituitur.

Quare Democritus beneficium & poenam pro omni Democritumne coluit, ut inquit Plinius in secundo historiae naturalis.

Traduces utroq; genere dicuntur rami unius arboris in aliam per insitionem traducti. Hic autem traduces dicuntur libri Pontij cum sanctorum, qui auctoritate sibi mutuati sunt a libris uetusq; testamenti, quos canonicos uocamus. Sunt enim quasi per pagines quaedam ab illis originarijs

IN LIBRVM PRIMVM

originarijs oraculis ductæ, quibus instituta & cerimoniae nostræ religionis & uerissime constant. Iura uero hæc pontificia plerumq; ciuili auctoritate rationeq; utuntur in ijs constituendis, quæ ad iurisdictionem pertinent.

Non plaudenda &c.) Id est, non plausum, non palmam mereri. Et perstat in translatione suscepta de theatro athletico, qua diuus Paulus utitur prima ad Corinth. nono capite.

FOLIO 12.

Ilias malorum. Odyssea errorum. Sicut apud Græcos pro uerbale est, Ἰλιὰς κακῶν, id est, Ilias malorum, pro malis innumeris, sic Budæus dixit Odysseam errorum, pro errorum cumulo, quia in Odyssea errores Ulyxis, domum suam & patriam repetentis, à Poëta descripti sunt.

Indidemq; pro, Et inde.

Propudium. Rem pudendam significat. Plautus, Ut pulsat propudium. Et Plin. lib. 15. Hoc cinere potio propudia uirorum, eiusdem aspersu sceminarum libidines inhiberi. Propudium pro obscenitate posuit pudenda, ut Macrobius. Plautus ad scortum prostibulum, Quid ais propudium? Hic metaphoricè temerarios casus fortune, pudorem sugillare significat administrationis summæ rerum, id est, & pontificiæ & regie administrationis summam, ignominia notare & afficere.

Fors fortuna. Hic fortunæ.) Fortis fortunæ diem festum celebrant,

lebant, qui arte aliqua uictitabant, inquit Donatus in
Phormionem Terentij. Meminit Laet. lib. 3. Hanc Bu
deus Pseudopronceam, id est, falsam & subditiā *Leudo =*
prouidentiam uocat, ob id scilicet, quod quicquid ho- *πρόνοια*
mini acciderit aut commode aut secus, uulgo dicitur,
Deum ita constituisse:

Hoc uerbum, si dijs placet, apud Ciceronem indi-
gnitatem denotat:

Laudare antiquo uerbo iuris citare significat, & *Laudares*
nominatim prodece, ut Bud. in annotat. docuit.

Internicio est perniciēs, nex et peditio: Cic. de natu. *Interni-*
deorū. Quinam internicioni Tantalidarū modus pare *cio.*
tur. Plin. in s. de Basilisco, Internitio (inquit) generis
humani. Hic uero pro supplicio aeterno ponitur.

Acra in mœrore mēritā, sunt premia aeterna, quæ
Deus emeritis militibus psoluit, post excessum ex hac
uita. Acra enī metaphorice merere dicuntur milites sti-
pendia faciētes in castris pœnitētiæ & ærūnose uitæ,
quā Deus nobis præiuit: Deus autē stipēdia piæ uitæ et
calamitose, nō annua aut mēstrua pendit, ut solent im-
peratores & duces suis militib. pensitare, sed demū iā
emeritis, ac defunctis, & qui missionem obtinuerūt:
Quā magnopere petere, instar est criminis militaris,
id est, mortē exposcere, & labori cedere ante tempus:

Opus facere: Verbum est castrense:

Imperator est consalutatus: Imperatorem sa-
bulare & appellare moris erat, post pugnam aliquā
k egregiæ

IN LIBRUM PRIMUM

egregie administratã et cū successu. Cice in Plūtip. ulto de Pansa et Hircio loquēs. Sed hos primū faciã, ut imperatores appellē eos, quorū uirtute & cōsiliij scelicitate, maximis periculis seruitutis & interitus liberati sumus. Etenim cui uiginti his annis supplicatio decreta est, ut non Imperator appellaretur? Memini huius honorificæ appellationis Plutarchus in Pompeio.

Tessera.

Tessera signum est militare. Virg. in 7. Aeneid. Clastica iamq; sonat, it bello tessera signum. Sic apud historicos, dare tesseram, & petere, & accipere, legimus: & apud Vegetium, tessera profectiois, & tessera uigiliarum. Nostri hodie uerbum uigiliarum uocant. Hic uero per Tesseram salutarem significatur Crux & Crucifixus.

F O L I O 13.

In rerum minus secundarum tyrocinio, id est, cum res aduersas primum experiri tibi contigit.

Faceßere

Faceßere negociū, est inferre molestiã et anxietatem alicui, qd̄ & pro calūniöse accusare ponitur. Cic. in Verrem actio 5. Sese antea cū audissent ei negociū faceßitū, cumq; eū publice pro maximis eius meritis laudare cuperēt, à Verre prohibitos esse. In Diuinat. periculū faceßere dixit. Dicitur & negociū exhibere, et periculum creare, in oratione pro Cluentio.

ⲛⲁⲓⲉⲛ
ⲛⲁⲓⲉⲛ
ⲛⲁⲓⲉⲛ
ⲛⲁⲓⲉⲛ

Ex quo certo memini. Id est, ab eo tempore, cuius meminisse possum.

Vacatio.

Vacatio uerbum est castrense, & significat immunitatem.

nitatem. Liius, Consules scribere exercitum iussi sunt sine ulla uacationis uenia. Nunc exemptionem uulgo uocamus. Vacationes uenditari solitas, testis est Tacitus lib. 17. Hic alludit ad militiam Christianā, cuius supra meminit.

Obscūdare est nō simpliciter obseq, sed aspirare *Obscun-*
more uenti secundi. Cic. pro lege Manilia. Cuius semp *dare.*
 uoluntatibus nō modo ciues assenserint, socij obtepra *ἐπὸς οὐκ ὀδ*
 rint, hostes obediunt, sed etiam uenti obscundarim. *ἴπ*
 Est eni qd' graci *ἐπὸς οὐκ ὀδ* dicūt, ei *ἐπὸς οὐκ ὀδ* *ἴπ*
 Inspirata philosophie.) Inspirata scientia est re- *ἴπ*
 rum diuināram notitia oraculis prodita, non ingenio *Inspirata*
 humano excogitata & deprehensa. *scientia.*

Communis prudentia, est recta rerum animaduer *Commun-*
 sio atque aestimatio, qualis esse solet in animis homi- *nis prou-*
 num natura recte constitutis. Sic enim dicitur commu- *dentia.*
 nis prudentia, ut sensus communis. Vtrunq; satis ex-
 plicuit ipse in annotat. in P. ande.

Responitare uerbū est, ad iuris prudētes ptines et *Respon-*
 Antistites, cerimoniarūq; conditores, & Romae olim *sitare.*
 ad pontifices. A græcis *Ἰστυλάδης* dicitur. *Ἰστυλάδης*
ἴπ

Aerumnosa uita & cruciabilis, est illa quā Chri-
 stus nobis prae monstrauit, cum tollere crucem quēq;
 suā nos iussit, & se s. qui. Sic enim cruciabilis uita hic
 dicitur, ut Cic. lamentabilem uocem dixit in prima Tu
 scularum, & flebiles uoces, hoc est, fletum prae se
 ferentes.

FOLIO. 14.

K i Gestamen

IN LIBRVM PRIMVM

Gestamen alexicacum est crucis effigies, quæ procul arcet prauum genium.

Gestamina, crucem, quã ad locum supplicij portare uoluit, ut nobis exemplum relinqueret.

**Exempla
consulta.**

Exempla autem et consulta, sunt ea quæ in euangelicis scriptis consilij sunt & auctoritatis, non, ut præcedentia, necessitatis iniunctæ.

Qua.

Qua sacra, qua profana. Recti sunt singulares, ut apud Plautum. Mores rapere properant, qua sacrum, qua publicum. Cic. ad Quintum fratrem. Toppianum laudauit, ita omnia conuestiuit hedera, qua basim uillæ, qua intercolumnia ambulationis, id est, tum hoc tum illud usquequaq; uel hoc æque atq; illud, hoc est, basim iuxta atq; intercolumnia.

Vt.

Vt omnia percenseas. Id est, si omnia percensueris. Cic. de Orat. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci inepti appellant, nõ reperies, id est quamuis.

Excipere.

Excipere, est subsequi & succedere. Luinius. Pacem punicam bellum Macedonicum excepit. Idem de Virginia loquens. Cum Claudius circumstantibus matronis iret ad uirginem, lamentabilisq; cum mulierum comploratio excepisset. Excipit ergo dæmon incuriam & negligentiam principum sacrosanctorum, id est, statim adest, & accipit occasionem quæ datur, & rapit quod captabat.

Quod sequitur de Democrito, per parodiã dictum est ex Horatio. Si foret in terris, rideret Democritus.

Pœnitentia

Pœnitentia mœrens, est ea animi affectio, quã De
us nobis præcepit his uerbis, pœnitentiam agite.

Quod aut̃ dicit, diuinitatẽ fortunã esse iussit, fortu
nã datiuus est. Est aut̃ iubere uerbũ in legibus ferren- **Iubere.**
dis usitatum, quod scifficere et decernere significat. Li
uius lib. 1. Inde Tulliiũ Hostiliũ nepotẽ Hostilij, regem
populus iussit. Et libro 3. Id modo exceperre, ne post,
eosdem tribunos iuberent, id est, crearent & decerne
rent. Est enim populi, qui loco regum erat, iubere.

Scita a cupiditatis, sunt opiniones hominũ cupiditati
seruientiu. Scitum enim decretũ significat. L. uuius. Ce **Scitum.**
teraq; omnia sacra Pontificis scitis subiecit. Cic. de le
gibus. Omnia existimare debemus iusta esse, quã scita
sint in populorum institutis aut legibus.

Relatus.) Referre est quasi renouare, uel ab in- **Referre.**
tegroferre. Cic. pro Flacco. Cum L. Flaccus ueterem
Valeriae gentis in liberanda patria laudem pro quin
tesimo anno reip. retulisset.

Augustale est tabernaculũ ducis, ut docet Quintil. **Augu**
lib. 8. Hic pro loco ponitur, in quo epulũ sacrũ cele- **stale.**
bratur in ede sacra, qui plerunq; obicendi solet, in quo
dux uniuersorum situs contubernio nos dignatur.

Dapes singulari numero ad sacrificiũ ptinet, ut ex **Dapes.**
M. Catone liquet. L. uuius lib. 1. Ibi iũ sacrum factũ, ad
hibitis, ad ministeriũ dapemq; Poutijs ac Pinarijs.

Instaurare, uerbum hic proprie positum. Tacitus **Instau**
de Vitellio. Letus uliro, & tam propinque sortis rare.

K 3 ignarus,

IN LIBRVM PRIMVM

ignarus, instaurabat sacrum dijs loci, id est, apparabat & instruebat. Sic enim interdum accipitur. Sic Plinius libr. 31. In ulla sua Academia nomine, Cicero monumentum sibi instaurabat. Cic. ad Atticum, Cum pro populo fieret sacrificium, uenisse eò muliebri indutum uestitu uirum, idq; sacrificium cum uirgines instaurassent, & quæ sequuntur.

Affecclis.) Id est discipulis.

FOLIO 15.

Quid cau-
sa est.

Quid causæ est?) Id est, negare ne quisquã potest & recusare, uel causam aliquã rationemq; afferre. Sic Plautus in Pseudolo, Sed si id non faxis, num quid causæ est illico quin te in pistrinum dedam? Idem in Milite. Si te prehendero post hac, arcebo testibus, Mil. Causam haud dico, id est, nõ recusabo, per me licet. Cice. de lege Agra. ad populum. Num quid est causæ Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem usus est, nõ solum meam, sed & uestram diligentiam prudentiamq; despexerit, id est, hoc inficiari nequit. Sic alibi sæpe usus est. Græci dicunt, τῶν δυν.

τῶν δυν.
Spectra.
Idola.

Spectra, sunt quæ græcè idola dicuntur, hoc est, simulacra et imagines rerũ, intellectuui occurrentes. Cic. ad Cassiũ lib. 15. epist. In mea ne potestate sit spectrũ tuũ, ut simul ac mihi collibitũ sit de te cogitare, illud occurrat. Neq; solũ de te, q; mihi hæres i medullis, sed si insulam Britannia cæpero cogitare, eius idolũ mihi aduolabit ad pectus. Idem lib. 1. de natura deorũ, imagines
has De-

has Democruti appellat, quo in loco sic inquit, Orpheū
poētā docet Aristoteles nunquā fuisse, at Orpheus, id
est imago eius, ut uos uultis, in animū meū sepe incur
rit. Ex ijs imaginibus fiunt uisa, id est, phantasia, quo
rum in academicis longa est disputatio apud eundem.

Visa.

Sola representatione adductos.) Id est, cū ideo
solum in ea potiunda fruendaq; , animo intentiore,
curaq; pleniore incumbamus, quod bona temporaria
presenti tempore carpenda offeruntur, cum eterna
in se sint posita. Cic. quodam in loco, Neq; expecta
re tēporis medicinā, quā representare ratione possu
mus. Pl. lib. 21. Representare aliqua eorum quæ suis
locis dicenda sunt. Adductus autem pro impulso
ponitur, & est qui opinione ducitur.

Representare
Adductus.

Presentibus animis.) Terentius, Fac hæc ani
mo presenti ut dicas, id est, presententi. Cic. de Orat.
Animus acer & presens & acutus.

FOLIO 16.

Inuestigabilius pro minus uestigabili dixit, quod
ἄνεξιχνίασιν græce dicitur.

Inuestigabile.

Decessionem Christi dicit, quasi provincia defun
cti. Sic Cic. ad Quintum fratrem, Ego tibi spem matu
ræ decessionis afferebam. Et Decessor est cui è provin
cia abeunti successor mittebatur.

Decessio.
Decessor.

Fugacius fuisse.) Fugax dicitur quod tenorem su
um diu non seruat. Cic. ad Plancum, lib. 10. epist. Per
ge igitur ut agis nomenq; tuum commenda immorta
litati,

Fugax.

K 4 litati,

IN LIBRUM PRIMUM

litati, atq; hæc omnia quæ habent speciem gloriæ, col-
lecta inanimis splendoris insignibus contemne, bre-
uia fugacia, & caduca existima. Sic Plin. lib. 15. Per-
sica præcocia fugacia appellat. Non aliud (inquit) po-
mum fugacius, longissima nanq; decerpto bidui mora
est. Sic unū fugiens Ciceroni in officijs appellatur, qd
cito in uitū inclinat. Sic disciplina Euāgelica & ger-
mana ueritas iādiu exolescere cœpit, ut literæ fugien-
tes dicuntur, quas græci ἐξέγγυηκότα γράμματα
uocant, quæ tenuia lituræ uestigia tantum seruant. Po-
test & fugax ueritas peruulgata significatione intel-
ligi, quæ illico è manibus hominum uel ex oculis effu-
git, cum teneri uideatur.

Vinū fu-
giens id
est, ΔΙΥΟΣ
ἔξισά-
μενος.

Per ma-
nus tra-
dita.

Disciplina per manus tradita, uel historia dicitur,
quæ nō monumentis literarū, sed uerbo tantū traditur,
et à maiorib. ad posteros sine literis trāsmititur. Li-
uius lib. 5. ab urbe. Etiā si nobis cū urbe simul posita
traditaq; p manus religiones nullæ essent. Fabius lib.
22. Nō ea modo quæ cōscripta sunt historijs, aut sermo-
nibus uelut p manus tradita, quæ q; quotidie aguntur,
nosse, uerū ne ea qdē quæ à poētis ficta sunt negligere.

Consigna-
tum.

Consignatū impressum & incisum significat. Cic-
in Acad. itaq; ut literis cōsignamus quæ mandare me-
morie uolumus, sic ille in animo res insculptas habe-
bat, de Themistocle loquēs egregie memoria prædito.
Alibi ptestato, ab eo ponitur, de diuinat. Quæ enim nō
moueat clarissimis monumentis testata consignataq;
antiquitas,

antiquitas, & itidem in oratione pro Deiotaro.
 Augustis ambagibus.) Id est, oraculis symbolicis,
 & parabolis.

Conspicilijs.) Vt utrum oculare adiuuat hebetes
 oculos, Sic scriptorum sanctorum cōmentarij dilucidio
 ra reddunt oracula & enigmatica.

Non item curiosis.) Curiosos oculos distinguit ab De curio=
 accuratis. Curiosos lectores sepe non percipiūt sensum sis oculis,
 sacrosanctæ doctrinæ, quia non bona fide incumbunt le uide supra
 ctioni. Igitur eis obsta: literarius sensus, quasi uelum fol. 3.
 ueritati obductum.

Catalepsis est perceptio & cōprehensio, quæ pro- Catale=
 pinqua est scienciæ, ut docet Cic. in Acad. circa finem. psis.
 Hanc assercbant Stoici, sed Academici sustulerunt. Cu
 ius sectæ successor fuit Arcefilas, qui negabat quicquā Arcefilas.
 sciri posse, sed esse tantum opinionem rerum probabi=
 lem. Laetia. lib. 3. cum Academia conditorem uocat, &
 ignorantie assertorem atq; magistrum. Cicero in 3. de
 Orat. Arcefilas primū ex uarijs Platonis libris Socra=
 tisq; sermonibus, hoc maxime arripuit, nihil esse certi,
 quod aut sensibus aut animo percipi possit. Considera
 trix aut illa secta dicta est, ut docet Gel. id est, σκαπτι = σκαπτι =
 κα. Retinebant enim assensum, semper se addubitare κα
 pra se ferentes, ut ex libris illis Cicero liquet. Propter
 quod Arcefilas hic illiberalis in assensu dicitur, quasi te
 nacissimus, & ob id epheticus græce dicitur. Catale = καταλε=
 ptice ergo philosophari & decernere de rebus perce = πτηκα.
 K 5 pticijs, est

I M V M
 clem gloria,
 contemne, in
 Plin. lib. 11. Per
 alia (supra) p
 pto badiu
 appellatur
 gela & ge
 uel lere figu
 p qd uere
 um seruan. Pe
 ficatione in de
 orolis effe
 ori dicitur,
 in tradit.
 nitur. Le
 pinal p qd
 et. Edem lib
 ijs, aut leri
 die a gnan,
 i neghere
 ficiat. Cic
 dore me
 has habet
 p dicitio
 e enim no
 si gnata
 antiquitas

IN LIBRUM PRIMVM

εφεκτι-
κη.

ptis, est cum fiducia loqui & censere, quasi scientiam habentes, ut solent homines plus naturæ uel tribuentes, quam diuinis pollicitationibus, tenere enim se credunt causas rerum. In rebus uero diuinis, quarum spes nobis proposita est sacrosanctis elogijs, addubitabundi sunt, quasi rerum earum nihil percipi possit, & sic auctore ipsi utuntur Arcesila. Quales multi sunt hodie fidem bonam minime agnoscetes, id quod ex eorum in stitutis uitæ clarum sit.

Animi principatus, quid sit, docuit Budeus in Annotationibus.

Fore scilicet tandem &c.) Elegans locutio pro eo quod est, fore tandem omnium rerum, quæ in commercio cadunt, eandem indicationem.

Indicatio.) Id est, æstimatio, ut Bud. in Annot. docet.

FOLIO 17.

At intra id spacium.) Enthymema est, quo efficitur, fortunæ potentiã pro nihilo ferme ducendã. Nam si uitæ tantum comes est, & in morte uel sub mortem facessere incipit, nihil in ea certum ac stabile esse potest. Est enim controuersia de finibus inter uitam & mortem, quippe cum exitus uitæ sit initium mortis, ita ut dubium sit, utrum moriendi spacium sit mors, an uita. Et alioquin, ut subiungitur, cum nullum interstitium diuimat mortem & uitam, quod quidem confine utriusque esse possit, & ad functionem fati mortemque obcundam nulla non cedit dies, ea ratione fit, ut fines sint incerti & con

ANNOTATIONES. FOL. 14

Et controuersiosi inter uitam et mortem. Nulla enim dies uitae, non etiam dies mortis est, cum ab ortu statim dies mortis cesserit, ut superius ostensum est ex Cicerone in lib. de Senectute.

Congiaria fortunae facta.) Id est, plena et circumfluentia, sunt opes fortunatis affluentes.

Producere cogitationem in aeuum.) Id est, in id quod post tantum spacij futurum est, quod omnia secula superat. Aeuum enim est, quod nec tempus est, nec temporis pars, quia mensuram non recipit, ut tempus, quod Solis motu metitur. Licet aeuum interdum, id est *αιων*, pro hac uita accipiatur, unde longaeuus.

Extrema sensa.) Id est, cogitationes, quae subeunt animos eorum, qui aduentantem mortem tamquam aduenientem praesentiscunt. Mortis enim imagine animo iam propius certiusque appulsa, uane rerum caducarum imagines, inanisque splendor fortuitorum bonorum ex animo facessunt.

Atropos dispensatrix interuallorum dicitur, quia si nem uitae habere in potestate putatur, et quasi interuallum uitae metiri. Quamquam Atropos etiam pro tempore uitae exacto accipiatur, ut docet Aristoteles in lib. de mundo, quae interpretatio ferme eodem perinet.

Quid sit edictum perpetuum, quid uadimonium, et reliqua, Budaeus in Annotationibus planum fecit.

Secula tot mundi etc.) Versus Lucani in primo Pharsaliae.

FOLIO 13.

- Dirus.** Stupor dirus.) Id est, diuinitus insitus ob nimiam peruicaciam uel impietatem. Sidentes, id est, penitus insite. Inuste autē, id est, quæ abstergeri per resipiscenciam nequeunt, ut nota ferro candente impressæ.
- Causam dicere.** Exiuabiliter.) Hoc ad æternum exitum pertinet. Causam haud dices.) Id est, non inficias ibis, contiuo mihi hoc concedes, de quo supra non nihil dictū est. Cice. pro Quintio. Nonis Februarijs Romæ fui, causæ nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiserit. Dicitur etiā, non causor, non causificor. Idē pro Roscio Comædo. Si plantū facio, post hanc recentem stipulationē Roscij festi. trecenta 53. à Flauio te abstulisse, num quid causare, quin ab iudicio abeas turpissime uictus? id est, num etiam aliquid ad defensionem allaturus es? Plautus identidem utitur, ut illud. Haud causificor, quin habeam potissimū. Quid sit fiducia, quid precarium, satis in Annotationibus explicatū, & utidem de uimatore, quod uerbum frequens est in libris iuris ciuilibus. Plagiaria fortuna dicitur, quia fortunæ auctæ minuunt libertatem.
- Refert.** Refert.) Id est, ad rem pertinet. Plin. in lib. 14. His exemplis, nisi fallor, manifestum est, patriā solumq; referre non uiam, id est, ad uini præstantiā maxime pertinet, eligere solum & regionē. Idem de matericæ cæden da. Infinitum refert lunaris ratio, nec nisi à uicesima tricesimā cædi uolunt. Interest eodem modo accipitur.
- Interest.** Celsus.

Celsus. Quia non inter sit, quid morbum faciat, sed quid tollat, de empiricis loquens, id est, non esse attendendū, nihil ad rem pertinere. Cic. in Verrem. Etenim cum omnibus in rebus, tum in repub. permagni interest ratio inclinatioq; temporū. Sic hoc in loco, ad fortunæ bonæ estimandæ, & felicitatem inde manantem, magnopere attendenda est & expendenda scientia eius, qui ea possidet, & utendi eius frugalitas. Benignitas liberalitæ, Malignitas illiberalitæ significat, apud doctos.

Sed canino.) Quia alijs eorum usum inuidet, nihil enim cane inuidenti.

At rarissima sunt.) At & Atqui coueniunt in assumptione, quæ pars est syllogismi, est enim enthymema. Quod autē sequitur, ita uides, quid sequatur, habet uim complexionis, id est, conclusionis. Ita enim argumentatur. Si in usu magis, quàm in copia fortunarū sita est earum indicatura atq; estimatio, & rari sint, qui perperam nō utantur, atq; in suam perniciem, nimirū, non ut quisq; copiose instructus est, aut apprime peccatarius, ita etiam inter felices censendus est. Pabulum inane est cuiusmodi sunt magicæ epulæ, quibus cōuiuarum desiderium magi frustrantur, qui cum uesci se putent, semper tamen ieiuni sunt & exhausti.

FOLIO 19.

Alligat culpa.) Cic. pro Flacco. Metuit homo sapiens, ne L. Flaccus nunc scelere se alliger, id est, ne homicidium perpetret.

Inspe

Benignitas.

Malignitas.

At & Atqui.

IN LIBRVM PRIMVM

- Philip. 2.** Inspectionem.) Idest, cognitionem & iudicium.
- Inspectio.** Cicero. Nos enim Augures obnunciationem solum habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectio-
- Inspectio.** nem. Inspicere enim est rem diligenter considerare & aestimare, ut faciunt emptores. Cicero ad Varronem. Illud enim adhuc praedium non inspexit. Plautus. Nunc te orare iussit opere maximo, ut sibi inspicere liceret has aedeas. Gaius in titulo de periculo & comodo rei uenditae. Si post inspectionem praedium, antequam emptio contraheretur, aedificatae, atque etiam muneris & officij.
- Inspector.** Excordatis excordes, id est, est sapientibus insipientes.
- Illicia.** Illicia cordis.) Id est, est a illecebrosae, Varroni. Sunt etiam illicia quaecumque illeflamenta. Cicero ad Atticum, illum existimare quod fratrem illicium meae perfectionis fuisse.
- Constitutione naturae.) Iure enim naturali bona externa pro nihilo ducuntur.
- Rursum** Rursum prorsum.) Pro retrorsum & porro uer-
- prorsum** sum, quod Cicero ultro citro dixit. Terentius, Sursum
- Ulro** rursum prorsum trepidari sentio. Quod est prouer-
- citro.** biale, ut graeco ἄνω κάτω, cum omnia permiscen-
- ἄνω κάτω** tur, & ordo rerum conturbatur. Demosthenes, τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω ἕνα τῶν ἐπιπέδων. Omnia (in-
- τω.** qui) illic sursum deorsum fecit. Hic igitur rursum prorsum fieri, significat ordinem rerum & aestimationem praepostere esse constitutam.

Optimo

Optimo iure.) Cic. de lege agr. Optimo enim iure ea sunt profecto praeidia, quae optima conditione sunt. *re praedia.*
Libera meliore condutione sunt quam serua, soluta meliore condutione sunt, quam obligata, immunia meliore condutione sunt, quam illa quae pensitant.

Solum spirituale est animus hominis. Cic. de Orato. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato. Hic significatur usus & exercitatio animi in moribus componendis, ex qua ad frugem bonam uenitur.

A Deo profectia.) Alludit ad dotem, quae dicitur profecticia, & ad peculium profectiuum, quod seruatorum est, qui proprium nihil habent. Profecticia autem dos differt ab aduenticia, nam (ut inquit Ulpianus) profecticia differre dos est, quae a patre uel parente proficitur.

Si ius a capite arcescere uelimus.) Metaphorica est locutio. Cic. in Topicis, Cum autem a genere ducatur argumentum, non erit necesse id usque a capite arcescere. Saepem & citra licet, dum modo supra sit, quod sumitur. In re. Tuscul. a capite ducere dixit.

Pignerari, est pignora capere, id quod fieri solet contra eos, qui iudicium non soluant. Quod ἑπχιρία ζην ἑπχιρία ζην graece dicitur, ut in Annotationibus docuit.

In ea causa esse, uerbum est iurisconsultorum. Ulpianus, Si quis quenquam in iudicio sibi promiserit, in eadem causa debet sistere, id est, in eodem statu, & eadem condicione. Cicero in finibus, Morte qui affecti sunt,

IN LIBRUM PRIMVM

Ali sunt, in eadem causa sunt, qua antequam nati.

Inieclare manum, & reliqua, quae sequuntur, satis in Annotationibus enarrata sunt.

Benigne
facere.

Benigne facere, est munificum esse. Cice in Offi. Videndum est primo, ne oblit benignitas, & ijs quibus uidebatur benigne fieri, & ceteris, & pro Plan. Benigne multis fecit.

Prolixe.

Prolixe est admodum liberaliter. Idem pro Flacco. Id non solum fecit, sed etiam proluxe cumulateq; fecit, & ad Atticum. Honoris mei causa, libenter, proluxe, celeriter facias. Graece ἐκτρέως dicitur.

ἐκτρέως

FOLIO 20.

Dominium non transeat, uerbum iuris.

Emanci-
pari.

Emancipentur. Id est, mancipio accipiantur & emantur, ut in Annotationibus.

intertri-
mentum.

Intertrimentum, est fere idem, quod detrimentum. Tractum a rebus, quae affrictu deminuuntur, ut detrimentum ab eo, quod usa deteritur. Cice in praetura urbana L. Rabonio eadem Castoris tradi oportebat saram testam. Is casu pupilli Iunij tutor erat testamento patris, cum eo sine ullo intertrimento conuenerat iam, quemadmodum traderetur. Quo in loco Asconius, detrimentum, inquit, unius partis esse potest, intertrimentum uero dantis & accipientis, quod ab eo speciosius, quam uerius dictum censeo, ut ex L. uio apparet lib. 2. de bel. Maced. his uerbis scribente. Id argentum, quia probum non esse Quaestores renunciauerant, ex-
perient

perientibusq; pars quarta decocta erat. Carthaginen-
ses pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum ar-
geni suppleuerunt.

Si seruando non seruatur.) Ut uestis quam tinea
exest, & alia quæ sine detrimento nõ asservantur.

Mutuare, admetiri, appendere, ijs de rebus dicuntur Mutuare
tur, quæ numero, mensura, & pōdere constant. Com Commo-
modare de reliquis rebus, quomodo & apud græcos. dare.

Gaius in titu. de contra. empti. Non tamen aliter ui- Admetiri.
deatur perfecta uenditio, quam si ad mensa, appensa,
adnumerataue sint. Metreius dicitur mutuari significat fru Metreius
mentum, uoce passua, hoc est. dare. Metreius, admen- Metreius
sum accipere, quo Demosth. usus est. Metreius

Interdumq; luoris.) Litorē ex anxietate & ani-
mi ægritudine contrahunt interdum ij quibus uenditiū
abiuratur aut decoquitur.

Ius prædatorium quid sit, uidebis in annotatio-
nibus.

Desponsæ, id est, destinata & pactæ. Cic. de re- Despon-
sponsis aruspicum, Tiro Annio deuota & constituta sus.
ista hostia esse uidetur, cui me præripere desponsam
iam & destinata laudem ualde est iniquum, de Clo-
dij accusatione loquens. Et despondimus pro destina-
uimus, ad Atticum.

Sed in Deum) De ijs hoc dictum, quos blasphemus
appellant.

Intemperie, Manie, Furie, numina olim malefica Intempe-
L habebantur.

habebantur, ut uidere est apud Martianum in secundo. Plautus, Larue hunc atq; intemperie infante q; agitant senem. Cato de lustratione agri, Vastitudinē, calamitates, intemperiasq; prohibebis. Hic uero pro satellitio Orci ponuntur.

Cerberus. Cerberus (auctore Eusebio lib. 4. de preparatione euang.) symbolon est Demonum principis, ter geminam nocendi potestatem habentis, hoc est, in terra, in aqua, in aere. Hic pro triplici potestate Genij malefici ponitur, qui pertentandis hominū precordijs tria uenena exhalat, quæ sunt tres peccati fomites, hoc est, ueneris urtica, iræ stimulus, cupiditatis cæstrus, qui per fas & nefas præcipientes agunt homines.

Hians avaritia. Hians avaritia dicitur immodica, & præde semper intenta & inhians. Cic. in Ver. Nam Verrem semper avaritia hianti atq; imminenti fuisse. Tacitus in Gal. Hiantes amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat.

Titillans. Titillās autem uoluptas est illa quā Arist. γαργαρίον & πρῶτον vocat, quæ etiam xvō & dicitur. Cic. in 2. Offi. illa est largitio quasi assentatorum populi, multitudinis lenitas et uoluptas quasi titillantiu. Idem in finibus, lætitiā titillantē dixit, in prin. tertij.

FOLIO 21.

Excurrens. Excurrens est quod iusto maius est. Cic. in Orat. perfecto, de numeris loquens, Productiora sunt alia, & quasi immoderatus excurrentia, quæ magis etiam aspernantur

Aspernatur aures. Quadrās est q. iustū est, ut summa
 quæ par est. Excurre est quæ superat. Quintil. Pa-
 recbas est alicuius alienæ rei, sed ad utilitatem causæ
 pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.

Viaticari est uaticū sumere, ἐποδὶ δὲ ῥῶδῶς et ἐπι
 ὄτι ῥῶδῶς Græci dicunt. Plaut. in Menæchmis, Acsti
 ue admoū uaticati sumus, id est, per parum sumpsi-
 mus uaticati, tanquam æstate percgre euntes.

Donatiuis.) Tranq. Pronunciatioq. militi do-
 natuuo centenis uirum denarijs, abite, inquit. Dona-
 tiua militi, Conguaria populo, à principibus Ro. donā-
 bantur. Hic pro affluentia bonorum ponitur, quasiq.
 fortune munificentia.

Agnoscere bonam fidem.) Verbum est iuricon-
 sultorum, quod significat, ex æquo et bono cum ali-
 quo agere pro natura contractus, nihilq. doli admitte-
 re. Hic alludit ad fidei religionisq. rectitudinem, sine
 qua nihil est commendabile apud nos.

Depositu hic significat talentum euangelicum.

Quid cause est, pro quid uetat. Quintil. lib. iii.
 Quod si omnino recipiendū est, nihil cause est cur nō
 illam uocis modulationem fidibus ac tibijs adiuuemus,
 id est, nihil iam uetabit, et consequens erit.

Arbitratu domin.) Verba sunt ducta ē formula
 prisca contractū. Proculus in titulo de uerborū obli-
 gatione. Cū stipulatus sim à Proculo, si opus arbitra-
 tu meo ante Calēd. lunias effectū non sit, pœnam. Est

L 2 enim

Quadrās
 Lib. 4. ca.
 de egressi
 one.

Viaticari
 ἐποδὶ δὲ
 ῥῶδῶς.
 ἐπι ὄτι
 ῥῶδῶς.

Donati-
 ua.
 Cōgatiua

Agnosce-
 re bonam
 fidem.

Quid caus
 se est.

IN LIBRVM PRIMVM

Arbitrari opus. enim arbitrari opus, idem quod formam operis facienti præscribere redemptori, quod lingua uernacula de uisare appellat. Sequitur enim eodem in loco, nec ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante calend. fuit, quod stipulator non desiderauerit id effici, & nõ est arbutatus, ut fieri quod fieri non poterat.

Respondere. Ad regulam respondentes.) Hoc quasi prouerbialiter dictum est, translatio est à structuris exacte factis. Est enim respondere, competere & quadrare. Vitruuius lib. 7. Postea autem trullificatione arefcente deformatur directiones arenati, uti longitudines ad regulam & lineam, alii uerò ad perpendicularum, anguli ad normam, respondentes exigantur. Pl. l. b. 30. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendicularum respondere oportet.

Cõsultus. Cognationem huius generis & c.) Id est, quia falso nomine bona uocantur, ob id bona esse putantur, & in tertio ordine bonorum recensentur, quasi etiam nonnihil ad summi boni adeptionem pertineant.

Consultam.) Id est, peritam. Columella lib. 1. Hipparchum consultissimum Astrologiæ professorem appellat. Quintil. in 6. Scripti & uoluntatis frequentissima inter consultos quaestio est.

Pomærio minore. Minore pomærio.) Sic Var. de re rust. metaphorice dixit, Video enim qui de re rustica scripserunt, latius uagos quam oportuerit, quos in omni re non imitandos arbutor, & eo melius fecisse quosdam, qui minore pomærio finierunt. Folio

Vt nomen græcum.) Nam dicitur ἄνθρωπος
 quasi ἄνω πρόσωπον.

ἄνθρωπος
 πος.

Vel.

Vel quod alij.) Vel in principio sententiæ figuratum est, & indignationi seruit. Virg. in 11. Vel cum se pauidum contra mea uirgia fingit, Artificis scelus, & formidine crimen accruat. Cic. pro Flacco, Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis hoc prætor circumuentos, cur ij nõ in iudicio adsumi? ac si diceret, nõ pudet uos hec dicere, & tam aperte mentiri? & rursum, Vel qd ait Luceius L. Flaccũ sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, seferuũ uicies, & cũ accusas auaritiæ, quẽ dicit uicies uoluisse pdere? ac si diceret, õ hominẽ impudenter mendacem. Gellius etiã elegãter est usus lib. 10. cap. 12. Hic aut pinde intelligendum ac si diceret. Quid aut absurdus uel stultus uel magis ridiculũ, quã q. nõnulli, & reliqua.

Cupiditatis atq; ambitionis uitia, quasi duos equos iugales imaginatur, e quibus bigas conficit ad percurrendum stadium, quod sibi homines ad sese ornandos conficiendum suscipiunt. Commodus enim affectus bigis comparauit, quibus ratio sepe transuersa rapiunt, & ultra destinatum finem aufertur.

Quod autem dicit, ultra mentis suæ captũ prouectus esset, intellige, cũ ad maius fastigiũ euectus esset, quã pro ingenij aut fortis natalitiæ mediocritate.

Fauonio.) Aliud ad fauorem fortune, hocq;

L 3 ad eos

IN LIBRUM PRIMVM

Inhibere
nauem.

πρὸ μὲν
κερῶσα =
ὄψις καὶ
ἐναντίας
πρὸς ὄψιν.

Ciceronis
locus.
ἐπέχειν.

ad eos pertinet, qui gratiosi in aula fiunt.
Inhibere retro nauem, est cū remiges nō tantū pro
cursum nauis sustinent & sistunt, sed etiā repentere-
trorsum agunt. Id quia fit nauis in puppim retroacta,
ideo græci πρὸ μὲν κερῶσα ὄψιν ἐναντίας
ὄψιν uocant. Luilius, Vt quæq; rostrata nauis retro in-
hibita onerariam post se traherat, scindi uideres un-
cula, de bello nauali loquens. Cicero, quod miremur, in
opere illustrissimo & ab eo elaborato summa diligen-
tia, perperam hac dictione usus est, his uerbis lib. 1. de
Orat. scribens, Vt enim incitato nauigio cum remi-
ges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum &
cursum suum intermisso impetu pulsūq; remorum, sic
in oratione perpetua cum scripta deficiunt, parem ta-
men obinet oratio reliqua cursum, scriptorū similitu-
dine & uicōcitata. Inhibere nauigiū Cic. existimabat
esse ἐπέχειν, hoc est, sustinere & sistere. Quod ali-
quando Budaū cōturbauit, antequā alīū locū eiusdem
animaduertisset, in quo se ipse reprehendit, ad Atticū
scribens 13. epist. lib. in prægrandi epistola, quæ est
prima eius libri, Inhibere (inquit) illud tuum, quod ual-
de mihi arriserat, uehementer displicet. Arbitrabar
enim sustineri remos, cum inhibere essent remiges
iusti. Id non esse eiusmodi, didici heri cum ad uillam no-
stram nauis appelleretur, non enim sustinent, sed alio
modo remigant, id ab ἐπὶ ὄψιν remotissimū est. Qua-
re facies ut ita sit in libro quemadmodum fuit, dices
hoc idem

hoc idē Varroni, si forte mutauit. His uerbis intelligi-
 mus Ciceronē in Academicis, epochen, id est, aurige Epochē
 retentionē cū currū incitatum retinet, hortatu Attici
 uertisse inhibitionē, cū tamen primū retentionē recte
 uertisset, postea uero mutasse, & retentionē in libro
 reponendū mandasse. Sequitur aut in eadē epistola, in
 hibitio aut remigū motū habet uehementiorē quendā
 remigationis nauē cōuertentis ad puppim. Semp enim
 (inquit ipse ibidē) $\pi\rho\beta\omicron\lambda\lambda\upsilon$ pugilis, & $\epsilon\pi\omicron\chi\lambda\upsilon$ $\pi\rho\beta\omicron\lambda\lambda\upsilon$
 aurige, similē facit Carneades. $\pi\rho\beta\omicron\lambda\lambda\upsilon$ (ut id obi-
 ter dicatur) est cū pugil impetū concertatoris in sese
 ipse collectus excipit, ut in acte, cū impressio hostiū su-
 stinetur ab acie cōsistere. Tū aut cū hęc Cicero scribe-
 ret, cōpositos esse dialogos de Orat. ex eadem epistola
 liquet his uerbis. Sunt etiā de Oratore nostri tres libri
 mihi uehementē probati.

FOLIO 23.

Geneseis fortunatas, id est, genituras, & horas na-
 talitatis, ut Cicero appellat.

Mercurij cognomenta multa sunt apud Aristo = Mercuri
 phanem & Lucianum & alios. Sed Cerdous Mercuri =
 rius, quasi lucripeta, uel quæstuarus, uel lucrorū præ Cerdous-
 ses. Agoræus etiā dicitur Mercurius à Cornuto in my Agoræus.
 thologijs, quasi forensis. Quæstorius hic à quærendo Quæsto =
 dicitur. Est enim Mercurius a mercium cura dictus, rius.
 quare hunc Deum negocijs omnibus præficiēbant.
 Sed logius Mercurius est à disciplina sic appellatus, Logius.

L 4 & facul =

IN LIBRUM PRIMVM

λόγος: & facultate dicendi, apud Philostratum, Synesium et Lucianum. Logos enim & sermonem & rationem et studia significat, & multa alia praeterca.

Atsq; eo foret.

Absq; eo interuatore foret.) Locutio est Plautina & Terentiana. Plaut. in Capti. Quod absq; hoc esset, qui mihi hoc fecit palam, usq; offerre nauem, sius me ducitaret dolis. Et in Bachi. Nam absq; te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum, nunc propter te tuamq; prauus factus fiducia. Terent. in Phorm. Eius me miseret, ei nunc timeo, is me retinet. Nam absq; eo esset, recte egomet mihi iudissem, & senis essem uitus iracundiam. id est, si ad eum res non pertinerent (inquit Donatus) hoc est, nisi ille obstaret, cui & metuo. Plautus alibi si particulam addidit, Nam ex aedificasset me ex aedibus si atsq; te foret.

Tesser a necessitudinis immortalis, per similitudinem tesserae hospitalis & amicitiae dixit. Plautus in Pœnulo, Deum hospitem ac tesseram mecum fero. Idem. Tessera confer hospitalem, eam attuli.

Ius gentium.

Ius gentium.) Contractus omnes sunt a iure gentium orti. Qui non ita inualuissent, nisi sermonis legationumq; ultracitro mittendarum commercium inter diuersas nationes intercessisset.

Innocentia inermis.

Inermis innocentiae.) Nisi enim iudicia exercerentur, inermes & debiles in praedam potentiorum cedrent.

Apud inscios.) Apud eos, qui plus sensu rebusq; sensui blandientibus tribuunt, quam rationi & mentui,

menti, rebusq; que mente tantum percipi possunt.

Ius moribus constitutum, ut ius moribus receptum dicitur, quod etiam interdum institutum uocatur.

Infantia eorum est, qui eloquentie expertes sunt, Infantia. Ciceroni.

Aegro animo expendere.) Hoc est, ista perpensa Aegro aīo
 & animaduersa iniquo animo ferre. Digna sunt enim expēdere.
 ista bona suis possessoribus, cum reuera auocamenta
 sin mentium sapientie cōmentationi incumbentium,
 ideoq; non germana appellatione bona dicta, si quis di
 gne rem expendit.

FOLIO 24.

Pietatis recte constituta. Quam Graeci orihodo=

ὀρθόδοξον
 ξον.

Processibus immodicis.) Id est, ornamentis & au
 ctibus. Cice. in Bruto, Gradustuos, & quasi processus
 dicendi studeo cognoscere. Idem, is processisset honori
 bus longius, nisi semper infirma atq; etiam agra uale
 tudine fuisset. Iuena. Optima summi Nunc uia pro
 cessus, uetule uestica beate.

Processus.

Inebriatos.) Id est, obrutos & confectos. Plinius
 libro 14. Conduntur & musto uuae, & ipse uino suo
 inebriantur.

Inebria
 tus.

Candidati Caesaris, erant petitores consulatus uel
 praeturae, quos Princeps cōmendabat populo in comi
 tijs, ut de Augusto legimus apud Suetoniū, Tribus (in
 quit) cum candidatus suis circūbat, supplicabatq; mo

Candidati
 Caesaris.

L. 5 re solen

IN LIBRUM PRIMVM

Cap. de
Risu.

re solenni. Quintil. lib. 6. iungitur (inquit) amphibologie similitudo, ut Galba, qui pilam negligenter petenti, sic inquit, Petis tanquam Caesaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est, securitas similis, id est, tam petentis pilam, quam petentis magistratum. Nam qui à principibus commendabantur, securi erant repulsa, quare de functione & negligenter petebant à populo, qui necesse habebat parere. Sic isti neglecte optare uidentur uitam æternam.

Profecticia Profecticum peculium est, quod à Domino proficiscitur, ut supra dictum est. **Aduenticia** bona, & **Aduenticia**. uenticia bona filiorum, quæ aliunde quam à patre obuenerunt. Hic metaphoricè profecticia bona significatur, quæ diuinitus animo obueniunt, ut bona animi & uirtutes, doctrinaq; sapientiæ. Aduenticia autem bona sunt fortune & opes.

Conficere tabulas, quid sit, uidebis in Annotationibus, sicut & ea quæ subsequuntur, addicere, & mancipio dare, fiducia, & laudare auctorem.

Scitis Iuris peritorum &c.) Id est, Iuris civilis constitutionibus multum inter est inter bonæ fidei possessionem, & male fidei. Nam possessio, etiam longitemporis, non prodest ei, qui aliquando cœpit resciscere rem esse alienam, quam possidet. Hic autem alludit ad fidem piam & orthodoxam, sine qua animi bona frustra quæruntur aut possidentur.

Altero genere, bonorum.) Scilicet fortuitorum & externorum.

Tum

Tum alterius generis.) Id est, animum uirtutibus
excolendum duxisti.

Expendere ad Critolai libram, est apud Ciceronem
in quinto Tuscul.

Ciniliq; trutina.) Id est, iudicio.

FOLIO 29.

Rudimenta ponere, est alicuius artis elementa & Rudimēta
incunabula perdiscere. Cic. in Sallustium, Ne incipiens ponere.
quidem peccare, minimis rebus posuit rudimētum, sed
ita ingressus est, ut neq; ab alio uinci possit, neque ipse
se reliqua aetate præterire. Rudimentum posuit, pro
specimen fecit peccati, & documentum dedit, quid in
peccando possit.

Cōmentatio, est ratio meditata & confirmata stu- Commen-
dio, hoc est, φιλοσόφημα φροντισμα, σκέμμα, tatio.
Cic. in Tuscul, Nihil est enī, quod iam obtundat elcuetq; φιλοσό-
a gritudine, quam meditatio cōditionis humanae, quam φημα.
uit a lex, cōmentatioq; percundi. Idem in epist. ad Ma- φροντι-
rium, Et ipse quidē multos iam annos nihil aliud com- σμα.
mentor, id est, meditor, offirmo, constituoq;. σκέμμα

Impressio, est uiolenta impulsio, quæ cedere hostem Impressio.
loco cogit, quæ græcè προσβολή dicitur. Lilius, Dein προσ-
ualida impressione pulsī, terga uertunt. idem, Hæc lo- βολή.
cutum dictaq; exequentem secuti, dant impressionem,
qua cohortes Posthumius obiecerat. ὠσαντο, inter- ὠσαντο.
dum pro uolento imperio, Cic. de Metello trib. Neq; ei
quicquam deliberatus fuit, quam tunc quacunque ra-
tione

IN LIBRVM SECVNDVM

tione possit, ut atque impressione euertere.
 Gradu mouere.) Est retroagere, propellere re-
 trorsus. Lilius, Primum gradu mouerunt hostem, deinde
 De gradu deijcere, est deijcere de dignitate. Interdum enim gra-
 dus est dignitatis, interdum constantiae, interdum occasio-
 nis, est enim usus uarius apud antiquos, et praesertim
 apud M. Tullium, qui lib. 1. Tuscul. sic scribit, Non sen-
 tiunt uiri fortes in acie uulnera, uel si sentiunt, se mori
 malunt, quam tantummodo de dignitatis gradu dimoue-
 ri, id est, quam indigne in sese aliquid admittere. Hoc
 graece dicitur, $\pi\alpha\rho\omega\theta\epsilon\acute{\iota}\omega\varsigma$ $\tau\iota\mu\eta\varsigma$ ἢ τοῦ ἀξί-
 ωματ $\text{\textcircled{C}}$, hoc est, ab exultatione pristina deijci et
 deturbari. Hic autem gradus pro constantia et animo offir-
 mato ponitur, ut apud Cic. in 1. Offi. Fortis enim animi
 est non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem
 de gradu deijci (ut dicitur) sed praesentis animi uti con-
 silio. Alter autem deijcere gradu accipitur à iur. consul-
 tis in titulo de re militari. Est enim metaphora ducta à
 gradu theatri occupato. Gradum pro existimatione et
 honoris loco, Cic. in secunda Philippi accepit, Est enim
 querela mihi necessaria pro hoc gradu, in quo me Sena-
 tus Populusque Roma collocauit. In gradu reponere, est
 deiectum restituere. Quintil. in quinto, Sic fit, ut siquid ti-
 tubauerint testes, opportuna rursus eius à quo produ-
 cti sunt interrogatione, uelut in gradu reponantur.
 Simul. Simul uero.) id est, ubi et postquam.

Vt quae

ANNOTATIONES. POL. 23

Vt quæ abiectionis sunt sortis, uidelicet egestas
 & calamitas.

Præsentiq; noxa.) Id est, pernicie & incõmodo.

Ius cœlo petere.) Id est, iudicium diuinum expe- Noxa.
 ctare, & in id intentum esse. Sic Curtius, Hunc exilium Ius petere
 habuit regia totius orientis, unde tot gentes ante iura cœlo.
 petebant.

Horco disceptante.) Id est, iudice & arbitro. Discepta-
 re.

IN LIBRUM SECVNDVM
 ANNOTATIONES.

FOLIO. 26.



ADMIRATIONIS quidã æstus.) Trans-
 latio est à mari æstuante, & undabun-
 de reciproco, ut illud Plauti in Asina-
 ria, Quam magis te in altum capeffis,
 tam æstus te in portum referet. Verba sunt lenæ ad ama-
 torem, hoc sensu. Quo magis tentabis à nobis abire,
 eò magis æstus amoris referuescentis te inuitum ad a-
 micam reuocabit.

Scelere obstringerent.) Sic Cic. de Offi. Potest cui
 quam esse utile scedissimũ & terrimum parricidium,
 quamuis is, qui se eo obstrinxit, ab oppressis ciuibus pa-
 rens nominetur? Sic Tacitus de Tigillino, Gratum fore
 ratus, si societate scelerum se obstringeret. Simile est,
 alligare

IN LIBRVM SECVNDVM

alligare se scelere, & obstringere se uerecundia, apud
Liuium in oratione Scipionis ad Annibalem.

Ad fruendā olim diuinitatē producta &c.) Locu
Censetur.) id est, exi (tio eleganter figurata.
stimationē auctoritatemq; assequitur. Cic. pro Archi.
Quoniā ex ijs studijs haec quoq; censetur oratio.

Supernate satellitiū et supernas, sic dicitur, ut Plin.
lib. 3. supernates quosdā populos & infernates, dixit,
& Vitruuius lib. 2. infernatem & supernatem abietē,
sic dictam ab Apennini partibus ad superū inferumq;
mare uer genibus. Et Martianus duas sphaera coelestis
partes facit, supernatē & infernatē appellans.

Apparere Apparere (inquit Asconius) minoris est ad maiorē.
τράγισα = Est enī apparere, quod Graeci dicūt τράγισα. Quasi
αδ, praeſto esse, & iussa nutusq; iudicis expectare Gellius,
Quod posteaquā hictor ille, qui apparebat cōsuli intelle
xit, Maximū proconsulem descendere ex equo iussit.

Questio Questio autem capitis, est iudicium capitale. Cice
capitis. pro Cluen. Quid sibi autem illi scribe, quid lictores,
Appari- quid ceteri uolunt, quos apparere huic questionī ui
tores. deo? Inde apparitores dicti uiatores, qui iudiciibus ap
parent. Hic significantur angeli coelestes & sygij, uē
dicium Domini expectantes.

Muneris sui fecerit.) Significat hoīem suapte tari
tum ui nixū non posse citra gratiā & praecurrentē &
opitulatricē, ad salutem euadere. Tacitus lib. 15. Ne dele
ſto Imperatore alio sui muneris temp. faceret. Sic Liui.
Etudclisā

Crudelissima gens sua omnia suiq; arbitrij facere.
 Imminuta maiestatis.) Olim ut lese maiestatis, sic
 etiã imminuta crimen erat & iudiciũ. Cic. in Verrem,
 Minuisti maiestatem reip. sustulisti ius imperij.

Lapsus facultatibus dicitur, qui ad inopiam decidit. Lapsus sã
 Vlpianus in titu. de magistratibus cõuenendis, Quod cultatibus.
 si idoneũ exegerit, quãuis postea facultatibus lapsi sint
 tutores, nihil est quod ei imputetur. Hic metaphoricè si
 gnificatur calamitas generis humani propter peccatũ
 primi hominis. Natura enĩ longe imbecillior facta est,
 & imminuta suis uiribus animi aduersus sensus impetũ.
 Sed salutis querendæ subsidiũ in crucis piaculo nobis
 est diuinitus datũ. Crux enĩ Christi oĩa expiare potest,
 & nihil inexpressibile in ea spem suã collocantibus.

Veritatis contubernium, est Ecclesia & conuen-
 tus piorum Christo militantium.

Aut longissime remotis.) Eos significat, qui in lo-
 cis auis, & in solitudinibus habitant.

FOLIO 27.

In oculis ferre, est precipuè amare. Cic. de aruspiciũ In oculis
 responsis, de Clodio loquẽs homine sibi inuiso, Ferebã ferre.
 (inquit) in oculis hominẽ quidam boni uiri, & de me
 optime meriti, sed illi (ut ego arbitror) furoris ignari.
 & in Philip. sexta. Oderat tum Trebellũ, cum tabulis
 nouis aduersabatur, iam fert in oculis, ualde iam diligit.
 Terentius, Rex te ergo in oculis gestare.

Res sentientis philosophiæ.) Id est, orthodoxæ.
 De diu

IN LIBRVM SECVNDVM

Iuratisi-
mus.

De diuinis persuasio.) id est, fides Christiana.
Iuratisimorū testium.) Quoniam testi quamuis
gravi non creditur, nisi iurato, ideo factum, ut iuratisi-
mus pro fide dignissimo accipiatur Sic Plini in præfat.
Scito enim conferenti me auctores deprehendisse ab iu-
ratisimis & proximis ueteres esse transcriptos ad uer-
bum, neq; nominatos. Iuratisimos dicit eos, quibus ma-
xime credenda omnia fuerunt, & cōmendanda. Hic iu-
ratisimi testes ueritatis sunt Apostoli, & ij, qui mar-
tyres, id est, testes ueritatis, uocantur.

Ex prisco ipsi more.) Tangit hic morem antiquū.
Cic-enim in Tuscul asserere uolens academicū dogma,
quod scientiā sustuli, ita inquit, Quod si eos docuisset
aliquis, quam uim habere diceretur scientia, nobis non
succenserent, cum didicissent id tollere nos, quod nus-
quam esset. Quam rationem maiorū etiam comprobat
diligētia, qui primū iurare ex sui animi sententia quæq;
uoluerunt, deinde teneri, si sciens falleret, quod inscien-
tia multa uersaretur in uita. Tum qui testimoniū dice-
ret, ut arbitrari se diceret, quod ipse uidisset, quæq;
iurati iudices cognouissent, ea non, ut esse facta, sed ut
uideri pronuntiarent.

Cupide quoq; fecerunt.) Optantes, scilicet pro
Christo supplicium.

Capite
cauere.

Capite aut cauere, est in sese recipere cū obstrictio-
ne capitis. Plin. lib. 34. Vidimus in cella Iouis canem ex-
ere uulnus suum lambentem. Cuius eximū miraculum,
& indi

Indiscreta ueri similitudo, etiam ex noua satisfactio-
ne intelligitur. Nam summa nulla uidebatur, capite tu-
telarios cauere pro eo, instituti publici fuit. Sic dici-
tur, ut obsidibus cauere, apud Cesarem.

Eximi noxae, quid sit, in annotat. explicatum est.

Responditare iuris est consultorū, quod à principi-
bus Ro. honoris gratia cōsultis cōcedebatur, ut docet
Pōponius in lege altera de origine iuris. Meminit satis
ample Cic. lib. 1. de Orat. de more publice respondendi
apud Romanos, & in 3. sub persona L. Crassi.

In nostro quoq; orbe. In Occidente.

Dormitare plus est quam conuiuere, de quo supe-
rius dictum est.

Publicarū excubiarū summā. Id est, ordinē pon-
tificium. Senatum scilicet illum Romanū & purpura-
tū, cum principe ipso senatus, qui excubias agere
credantur aut dicuntur, pro castris dominicis.

Fides Acadēmica, est labens, ac nihil sibi semel per-
suasum esse sinens, ut supra dictum est in enarratione
Cataleptici.

Repulis ille perduellis. Id est, hostis, cuius impe-
tus sepius summe nos fallunt latentiq;.

FOLIVM 28.

Legis diuine capite primo. Primo mandato di-
uino.

Officinam uitae cor appellat, quia (ut inquit Plin.) Officina
prima domicilia intra se animo & sanguini praebet, uitae.

in eoq;

IN LIBRVM SECVNDVM

in eoq; mens habitat, & ceteris corruptis uitalitas in corde durat.

Conferre
pedem.
ὁμοσε
χωρσν.

Conferamus nunc pedem cum ueritate.) Id est, accedamus nunc propius ad ueritatem, quod graeci dicunt, ὁμοσε χωρσν τῆ ἀληθείας, ut conferre capita, Lilius lib. ii. ab urbe cond. Consules uelut deliberrabundi capita conferunt, colloquuntur, & conferre gradum, Virgilius in sexto.

Vt qui non, id est, quin.

Plinius lib. ii. de fortuna loquens, Huic omnia accpta, feruntur expensa, & in tota ratione mortalium sola utramq; paginam facit, id est, Quicquid accedit census homini, fortune acceptum refertur, quicquid decedit ac deperit, eidem fertur expensum. In annotatione Bud. haec plana fecit.

Numerus

Numerus pro exstimatione & auctoritate accipitur. Cic. ad Q. fratrem. Accensus sit eo numero, quem maiores nostri esse uoluerunt. Sic Lilius, sic Caesar usi sunt. Cic. ipse in Verrem, Exponam quid hominis sit, ut istius nequitiam, qui eum secū habuit, eo praesertim numero & loco cognoscatis. Quin & uerbum numerare sic accipitur ab eo in finibus, his uerbis, idq; Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, id est, inter bona nō ducit habendam.

In oculos non intentos & c.) Id est, etiam si non animaduertamus, tamen ultro oculis obuersatur. Sic Quint. in octauo, Nisi tam clara fuerint quae dicemus, ut in ani-

ut in animum eius oratio, etiam si non intendatur, incurrat.

Susq; deq;.) Plaut. in Amph. *Quæ neq; sunt fæta, neq; ego in me admisi, arguit, atq; id me susq; deq; esse habituram putat, id est, non magnopere ægro animo laturam. Susq; deq; fero uel habeo (ut inquit Gelib. 15.) uerbum est e doctorum hominum sermone ductum, significatq; non magnopere pendere, & interdum negligere*

Susq;
deq;

Lustrali lauacro.) Id est, baptismo.

Ecstasis est affectus eorum qui mente sunt emota, ut inquit Lactan. Quos Plin. mente cōmotos appellat libro 23. id est fanaticos, Datur (inquit) mente commotis, & uertigine laborantibus. Græce ἐξίστασις dicitur. Vnde ecstaticus dicitur, qui mente facile cōmouetur, Aristoteli in proble. Arcopagita Dionysius ecstasin appellat abstractionē mentis à corpore, ad contemplanā cœlestia, quæ etiā anagogæ dicitur. Summa aut uoluptate afficiuntur, quibus hoc diuinitus datū est.

ἐξίστασις

Anago-
gæ.

Suas ipsam sibi delicias habere sinat.) Alludit ad morem antiquum, & uerba solennia nuncium remittentium uxori. Repudium enim mittentes ita dicebant, ut in Plauti Amph. Valcas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Iuben mihi ire comites? Iup. Sanan es? Si non iubes, ibo egomet, Comitem mihi pudicitiam duxero. Verba sunt uxoris iratæ. Simile illud Ciceronis in nobili illa Philip. Frugi factus est, illam

M 2 suam

IN LIBRUM SECUNDUM

suam suas res sibi habere iussit, ex 12. tab. causam ad
didit, exegit, cum Mimæ fecit ditionum.

FOLIO 29.

Lubricam.) Id est, quæ retineri ægre solet.

Profligatissimorum.) Qui scilicet sunt deploratæ
salutis, ob tortoq; collo à stygio liethore trahuntur.

Demonarchæ.) Satana demonum principis.

Concinnare (inquit Festus) est apte componere.

Concin-
nare;

Aliquando nescio quid subdoli denotat & captiosum.
Plautus in Asina. Auceps quando concinnauit aream,
effundit cibum, aues assuescunt. Columella concinnato
rem capillorum dixit. Vlpianus in titu. de officio pro-
consulis. Nec adeo dissimulare, si quos causarum con-
cinnatores uel redemptores deprehendat, oportet, id

δικόρρα εστ, δικος ἀφους συκολλητας, ἐργολάβους.
φοι. συ = Suspicere, ἀποβλεπέμ, admirandos & uene-
γκολλη = randos ducere. Cic. offi. lib. secundo Sicuius uirtutem
ται, ἐργό = suspiciunt, & si quem dignum fortuna quàm amplissi-
λαβοι. = ma putant, & alibi sepe.

ἀποβλεπέμ = Præstringuntur.) Inde præstigiæ dictæ.

Præluce eius est, qui facem præfert ad uiam illu-
strandam. Tranq. in Aug. Cum expeditione Cantabri-
ca per nocturnum iter leucicam eius fulgur præstrin-
xisset, seruumq; prælucentem ex animâisset. Sic intelli-
go illud Cic. in Salustium. Ego meis maioribus uirtu-
te mea præluxi. Plin. lib. 24. Præluce pro præra-
diare dixit, & κατὰ λάμπεμ. Pulmone murino si
confri-

fricetur lignum, ardere uidetur, ut faculam ita prae-
 luceat, ὥστε ὑπὸ γὰρ ἀμύθη. Plautus antique dixit lu-
 cere, pro praelucere, δ' ἀδουχέω, in Casina. Primum
 omnium huic lucebis nouae nuptae facem. Cum actō
 alibi in Persa, allucere posuit, Ne quicquam tibi fortu-
 na facem lucrificam allucere uolt. ubi perperam alluce
 re legitur, ὡροφάειν ἢ ἡ græce dicunt.

δ' ἀδουχέω
 Χρησ.
 ὡροφάειν
 ἢ ἡ

Diuinaq; exuberante benignitate facesserent.) Id
 est, si Deus hoc daret, ut abirent.

Infra supra.) Id est, in hac uita & in cœlesti.

Nomen habet ominosum.) Ditem uidelicet &
 Plutonem.

Ab incunte etatula.) A prima adolescentia.

In ordinem redigere, per se significat, inter ui- In ordinē
 les numerare, ut docet Prisc. quasiq; intra classē su- redigere.
 am continere, non eximum ducere, honore eximio
 non dignari. Hic autem addidit, in ordinem animan-
 tium, id est, sese in brutorum loco numeroq; habue-
 runt. Dicitur in ordinem redigere, & in ordinem co-
 gere, apud Lium, Profecto haud gratuitam in tanta
 superbia comitatem fore, nimium se in ordinem co-
 gere. Seneca, Socrates eodem illo uultu, quo 30. Ty-
 rannos solus in ordinem redigerat, carcerem intra-
 uit, id est, despectui habuerat, uel saltem, honorem non
 habuerat eis.

FOLIO 30.

Impotentia sic latine dicitur, ut græce ἀνεπίεστα. Impoten-
 Cice in Tuscu. lib. quarto. Quam uim mali signifi-

IN LIBRVM SECVNDVM

Exegēti-
og.
Tantalo
quor saxū
imminere
fungatur.

Impos.

cantes poëta, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera animiq; impotentiam, & superbi- loquentiam. Idem ibidem, Item inflammant appetitio- ne nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dici- mus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum disidētem. Curtius, Itaq; im- potens animi percurrit ad uestibulum, id est, nimia & uecordi ira incitatus. Sic impotens postulatū pro im- probo & uiolento dixit. Est enim impotēs, qui sui com- pos non est, nec suae potestatis, impos apud Priscos di- cebatur. Plautus, Eripite huic gladium qui sui est im- pos animi, & Lactan. de ira Dei, Ne mentis impos aliquod inexpiabile facinus admitteret. Impotens amo- ris Tacitus, impotens letitiae Liuius. Cic. pro insolentia & superbia accepisse uidetur, de Tantalo loquens, ut Valerius lib. 9. cap. 1. in principio. Aliquando impo- tens est πρὸς θεῶν, ἢ πρὸς ἀνθρώπων, ut apud Tranq. in Claud. Equitem Ro. obſcœnitatis in ſcœminas reū, ſed falſo, & ab impotentibus amicis confictio crimine, id est, præpotentibus. Sic apud Tacitum sæpe accipitur, si recte memini.

Solitudinem circa se faciat.) Vicinos scilicet agros licitando & coëmundo.

Vt quo latius quisq; arcem penatium suarum meta- tus sit.) Id est, Locupletis & copiose future gentis fundamenta ceceri.

Amplioraq; subeant.) Id est, in mentem ueniant, Gentilitas

Gentilitas quid sit, in annotat. enarratum est.

Deprecari est ueniam poscere & poenae remissionem, ut illud Verg. in 12. Equidem merui, nec deprecor, inquit, Vtere sorte tua, & illud Ouidij. Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem. Unde deprecari est reum ad impunitatem exposcere, *ἤσασ- τος* ἢ ἔρ. et dicitur, hoc est, reatu eximere, & deprecator, ὁ *ἤσαστοῦ μιν*. Tacitus, impetrabili uenia, et paratis deprecatoribus, si poeniteant. Cic. Deprecabitur a nobis Hortensius, tum etiam suo iure contendet, ne patiamini talē imperatorem. & reliqua. Inde deprecabile erratū dicitur *συνωσὸν*, id est, uenia dignū, ut hic, cū aliqui deprecabile sit *εὐσάρατρηρ*, cum etiā deprecor significet recuso, & postulo aliquid non fieri, ut illud Liuanum in quarto belli Maced. in oratione Catonis. At hercule nequid nouum in eas rogetur, recusant, non ius sed iniuriam deprecantur, immo ut quam iussistis suffragijs uestris legem, hanc ut abrogetis. Est enim anthypophora, hoc sensu. At enim dicet aliquis, foeminae non hoc postulant, ne in eas decernatis quod ius & equum est, sed ne iniuria à uobis afficiantur. Graece *ωσαρτῆρος* dicitur, et *δωεῦχενος*.

Beatos istos abdicantem &c.) Luc. 18. ubi diuitem camelo comparat.

Sarcinis scilicet obrutis.) Alludit ad animal sarcinarium.

Deprecari.

ἤσασ- τος

Deprecabile erratum. *συνωσὸν*.

NDVH

is saxon Tenth
am, & super
umant appo
in libidines de
temporaria
curius, Uag
id est, non
stulam pro
oer, qui sum
apud Prisca
me qua sui est
mentis impo
impocens am
pro insolentia
lo loquens, ut
quando impo
apud Transi
ceminas rō
sape accipit
sollit agras
suarum metā
suar e gerit
entem ueniam
Gentili

IN LIBRVM SECVNDVM

Cespitem affodiunt.) Id est, sensim fodiendo ad-
dunt suo agro.

Rastris quaesitorijs &c.) Id est, contractibus
emptionū indies agrū suum augent, & vicinū minuūt,
paulatim ab inopibus agros quærentes. Est autē meta-
phora ducta ab agricolis rapacibus, qui sensim plus
arando circumcidunt agros vicinos.

Sesqui=
pedes.

Sesquipedibus vicinorum &c.) Sesquipedes ap-
pellat particulas deinceps alias atque alias à vicinis
cōemptas.

Sane uero.) Ironicum est, ut illud Terentij, Sane
uero, quia hæc mihi semper patent fores.

Circum=
scribere.

Circumscribere idem est quod decipere. Plin. lib. 7.
Vana mortalitas, & ad circumscribendam seipsam in-
geniosa, computat more Thracicæ gentis. Et circum-
scriptor pupilli, Iuuenali saty. 15. sic autem dicitur cir-
cumscriptiones facitare, ut accusationes facitare.
Cic. dixit in Bruto, pro eo quod est, delatoris officio
fungi, & Tacius de Anno Faustō, Temporibus, in-
quit, Neronis delationes facitauerat.

Facilitare
accusatio=
nes.

Fiducia autem legum, ideo dicit, quod contracti-
bus & pactis ciuilibus uidemus homines inter se for-
tunis euertere.

Ciuiliter conceptis, id est, secundum formulas iure
ciuili receptas.

FOLIO 31.

Quod uero sequitur, Si ad disquisitionē &c.) Hoc
significat,

significat, si de hac re rogarentur sententia piorum iudicum, & hominum Evangelicæ doctrine interpretum.

Sic Lucretius, Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem uenit, sed quid isti pati de buerint, id est, non rogantur senatores sententiam de meo facto, sed de istorum supplicio. Idem, Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita, quia uitio ne creatus esset, in disquisitionem uenit. Id super ea re relatū est ad aruspices uel augures. Tranquillus in Cæs. Primo preterit die Catulū ad disquisitionem populi uocauit. in Nerone, ad disquisitionem senatus dixit, Cic. de Arusp. responsis usus est Populari disquisitioni similis erat: δίαψικτις Athens, cuius Demostheni: τὸ εὐθουλίδης, & δίαψικτις εὐδαί. uerbum, Xenophonti.

Disquisitio.

δίαψικτις
σικτις.
δίαψικτις
εὐδαί.

Conceptas esse.) Concipere contractū, est formulam cōmuni & perscribere, Cic. ad Q. fratrem, Negat enim in tanta multitudine eorum, qui unā essent, quā fuisse, qui uadimonium concipere posset, antequam Trebatius ueniret. Verbum est iuris peritus usitatū. Vnde actio ab ipsis, in bonum & æquū concepta dicitur, quæ hactenus persecutoria est, quatenus boni & æqui fines patent. De hoc uerbo uide Annotationes. Aliud autem est æquitas ciuilis, & aliud æquitas Euāgelica charitate concepta condita & temperata.

Cōcipere.

Actio in bonū & æquū concepta.

Disceptare, interdum ambigere est, & iudicio contendere, interdum iudicare & arbitrari, quo modo melius hic accipitur, nam disceptator est arbiter.

Disceptare.

IN LIBRVM SECVNDVM

Summo iure.) Id est, stricto & rigido, quæ summa est interdum iniuria, ut dicit Comicus.

τὰ νόμιμα. Instituta iulere.) Instituta, id est, τὰ νόμιμα, τὰ δίκαια. Intelligit aut ritus Ecclesiasticos & canones.

τὰ δίκαια. Frugalitas, ars est œconomica, & tamen quæstuaris. Quæ ciuilis uirtus est, habet enim rationes rei familiaris compositas ad augendas facultates.

Conuenientibus hominum.) Id est, ciuitatibus.

Ita quæ instituta.) Iura, scilicet ciuilia.

Sensim degenerantibus.) Iura enim in dies fiunt maligniora.

Despoliabilia. Despoliabilis hoim.) Contractibus scilicet, qui in ris gentiũ sunt, & ciuilis, non naturalis, ne diuini quidem, nisi charitate temperati fuerint. Plautus in Bacchi. Ego ne, ut celem patrẽ Pistoclere tua flagitia, aut dãna, aut despoliabilia? id est, scortationes & nequitas.

Licinius Stolo. Licinius Stolo legẽ tulit, ne cui ultra quingenta iugera possidere liceret, in quã ipse incidit. Plin. li. 18. Quis pẽ etiam lege Stolonis Li. in iugerso modo quingentorum iugerum, & ipso sua lege damnato, cum substituta filij persona amplius possideret. Lini. lib. 7. ab Vrbe. Licinius (inquit) Stolo sua lege decẽ millibus æris est damnatus, quod mille iugerũ agrum cũ filio possideret, emancipandoq; filium fraudem legi fecisset.

Sisachthia Tabule noue. Sisachthia à Solone instituta, ut auctor est Plutar. in uita eius, & alibi. Latini Tabulas nouas uocant, ideo quod tabula nomina significant, ut Cicero in Topicis.

Multum

Multum enim differt, in arca ne positum sit argentum,
 an in tabulis habeatur. Inde illud prouerbiale eiusdem,
 Tabulis ob signatis mecum agis. Tabule igitur noue,
 grece etiam $\chiρρωκοπία$ dicitur, & est publica nomi-
 num abolitio. Cic. in secundo de offi. Tabule uero noue $\chiρρωκοπία$
 quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fun- $πία$
 dum, & eum tu habcas, ego non habeam pecuniam? $αίας$
 Idem, Capitalis est oratio ad æquationem honorũ per $\chiρρω$
 tinens, qua peste que potest esse maior? $αποκοπία$

Reciprocantis rerum ortus & c.) Id est, ut ortum $πία$
 interitus exciperet, & uice uersa.

FOLIO 31.

Ordinis ius reddentis.) Id est, Curie summe, &
 omnium iudicum.

Tanquã apodyteria ho.) Apodyterium latine s̄po Apody-
 liarium dicitur, qualia sunt in thermis & gymnasijs, terium.
 & in fanis sacrosanctis.

Auctore prætoris.) Verbum est iuris.

Formulari aucupio.) Aucupari, captare est Cice = Aucupari
 roni, ut aucupari uerba, in oratione pro Cecinna, & au-
 ceptor captator, in pri. de Orat. Ita tibi iuriconsultus per
 se ipse nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, pre-
 co actionum, cautor formularum, auceps syllabarum.
 Formula uulgo, stilus dicitur.

Cedo quemuis arbitrum & c.) Elegans locutio, id
 est, alioquin per me licet, ut iudicem ad eam, & in ar-
 buram, quem uoles compromittamus, eorum quidem,
 qui inter

IN LIBRVM SECVNDVM

qui inter diuos relati sunt. Sic Terent. Postremo aut desine, aut cedo quemuis arbitrum, ac si diceret, uincam quocunq; iudice eorum, qui harum rerū consultissimi fuerunt. Cedo, id est, dic, Terent. in Eunu. Quid ita,

Cedo.

aut quid factum est, cedo. Cic. in Ver. acti. 4. Cedo mihi unum ex triennio præturae tuae, qui octupli damnatus sit. Aliquando cedo idem est, quod da, uel date, Plautus in capti. Cedo manū, manum inquā cedo actutum. Cic. pro Sextio, Cedo nunc concionē de me ad populum inimici mei, ad iudices loquens, id est, date, ut age pro agite,

φέρε δὴ.

Ferre iudicem.

Hoc etiam latine dicitur, Ferro tibi quemuis iudicem, id est, hac de re cuiuscunq; iudicio acquiescam. Cic. pro Roscio comædo, Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet, cum testem pro ducam, reprehendere audebit?

καθ' ἴσιν

Liuius in octauo ab Urbe cond. Prouoco ad populum, eumq; tibi fugienti senatus iudicium, iudicem ferro. Graece καθ' ἴσιν δίκασιν dicitur à Demofih. Et Galeno. Illud igitur Terentij. Cedo quemuis arbitrum graece sic dici potest, φέρε δὴ, ὅρ ἄρ βούλη σὺ γε, τοῦτο καθ' ἴσιν δίκασιν, id est, ὅστις ἄρ δοκῆ σοι, τοῦτω ἕωγε ἐπιθέσω δικάτωρ.

Hoc ex Plinio intelligi facile potest lib. 33. cap. 11. Et lib. 27. ubi triumphus Pompeiani meminit, Et ex Tranq. in Aug. inuecta (inquit) in urbem Alexandrina gazae, tantā copiam nummariae rei effecit, ut plurimū agrorum pretijs accesserit.

Laurea

Laureatas prædas.) Id est, à triumphantibus in Laureate
 etarium inuectas. præde.

Finge proteruam.) Facit hic Protopopociam, tan
 quam fortuna substantia sit aliqua, & potestas abstra
 cta, à Deo præfecta aduenticiorū bonorum dispensati
 oni, necessitati obstricta rationū referendarum ad cœ
 leste summūq; iudiciū providentiæ.

Argumentosas rationum tabulas.) Hoc est, ca
 paces & numerosas.

Prouinciatim &c.) Id est, singularum nationum
 singulas rationes conscientem, sæculis etiam & a
 tibus distinctas.

Approbo, est interdum idem, quod probabile esse Approbo
 ostendo, & ut probetur facio. Tacitus lib. 15. Quanto
 laudabilius periturus, dum amplectitur temp. dum ma
 ioribus, dum posteris, si uita præriperetur, mortē ap
 probaret? Sic Vale lib. 6. Lex tantū meos tibi præfinit
 uit oculos, quibus formā tuam approbares. Verba sunt

mariti ad uxorem. Id Cicero probare, solet dicere, ut Probare
 pro Sylla. Si mei facti rationem uobis, constantiāq;
 huius officij ac defensionis probaro. & pro Ligario,
 Qua in legatione, & ciuibus, & socijs se probauit. &
 in Ver. Non uer eor, ne hoc meum officium P. Scruilio
 iudici non probem. Hoc Græci per uerbum ἀπέσκηω, ἀπέσκησθαι
 interdū dicunt cum accusatiuo, ut Synesius. ἀλλ' ἐπεὶ μέγ
 τούτοις ὑμᾶς οὐκ ἀγίσκημον, ἐξέσι βουλευ
 σαιδαι ἃ λῶσθ. Verum quando his uobis non sa
 tis facit

NDVM
 ostrem ac
 ducere, uic
 rū consilium
 Quia
 4. Cedo mi
 Supli dante
 el date, Plac
 lo a futurum. Co
 ad populum
 ut age progre
 ne dicitur, Eri
 iuscorūq; ma
 Quom ego si
 um testem pro
 est uo ab ir
 i agenti
 Rep d i
 gium Ter
 est, qd
 xasip, m
 emi
 licio intelligi
 triumphi Pom
 uicla (uag
 iam uam
 accesserit.
 Lari

IN LIBRUM SECUNDUM

τίς ἔστωμαί. *τίς ἔστωμαί σοι ἐγώ,*
 idem est, quod, tu mihi te probas. Plato tamen ἄρεστω, pro placeo cum accusatio iungit.

Ferre expensum. *Aequitati tulisse expensam.)* Hoc est, æquis et bonis distribuisse, uel ita distribuisse, ut bonū & æquū erat.

FOLIO 33.

Infœliciora, ne hic nomina.) Huius loci est hæc sententia. Vtrum tu existimaturus es, eos esse infœlices, quibus fortuna incommodauit, prout est eorum fœlicitas, quibus omnia incepta secundauit? & sententia sequens est huius interpretis. Vult enim innuere, ex maleficijs fortune plura illata commoda, quàm ex beneficijs. Inde illud Lucani in primo, Fœcunda uirorū Pauertas fugitur, totoq; accersitur orbe, Quo gens quæq; perit. Quod autem dicit nomina, alludit ad nomina tabularum, id est, rationum capita, quo uerbo Cic. in Verrem sæpè uitur.

Nomina.

Illustrata plura nomina.) Id est, iclaruisse plures hoies Compertum iri.) Id est, tandem inuentum iri.

Beneficiarij. *A fortune beneficiarijs.)* Id est, ab alūnis fortune.

Philosophia. *Nisi uero philosophiam &c.)* Omnes partes philosophiæ enumerat, quæ prima philosophia dicitur, rerum humanarū, diuinarumq; scientiam complexa.

Eiq; natalem suū debere.) Id est, ab ea esse ortam. Rata sunt.) id est, fixa & perpetua.

Maioribus ipsa factis impulsa &c.) Tale est illud

Lucani

Lucani in sexto, in persona Mage Thessale, At simul à prima descendit origine mundi Causarū series, atq; omnia fāta laborant, Si quicquam mutare uelis, unoq; sub icū Stat genus humanum, tunc Thessalaturba factemur, Plus fortuna potest.

In summā huius rei, licet in quibusdā euariant, quæ momentū summæ rerū inclinationis non habent.

Conuersiones rerū maiores sunt inclinationibus, ut sub Cesare imperij popularis in monarchiam conuersiones. Cic. de natu. deorū, A Platone didiceram, naturales esse quasdam conuersiones rerumpublicarū, ut e. tum à principibus tenerentur, tum à populis.

Temeritas (ut ante dictum est) casus est fortuitus, quasi nulla impellente causa incidēs. Nam *περιπέτεια* *περιπέτεια* etiā temeritas est, hoc est, *τὸ τυχρὸν σύμβαμα* *τρατάα*. botamen de poēsi Homericā loquens, ita inquit *οὕτως ποιεῖ τὰ ἄλκιράσι περιπέτεια προσεπέτιθα μῦθον*. Sic Poēta ueris rerum uarijsq; cūcibus fabulas insuper attexuit, hoc est, historie uarietati.

Anceps et ambigua. Id est, *ἑπαμφοτερίζουσα*. *ἑπαμφοτερίζουσα*.

FOLIO 34.

Nobis par.) Quasi par gladiatorū, ut perftet in translatione theatri & ludorum. Est enim committere gladiatores, componere ad digladiandum, bini enim producebantur. Vnde fit, ut & committere fit *συγκρούου*, id est, mutuo irritare, & ad disidium impelle- *αυ*. re. Tranq. in Calig. Non cessauit ex eo criminari alterum al

IN LIBRVM SECVNDVM

rum alteri, & inter se omnes cōmittere, Senatum, inquit, & imperiū, quasi unum athletā uel gladiatorē, cum Cesare & monarchia cōmisit, necdū Pompeium.

Duos alumnos suos.) Quos ad summum fastigium euexerat.

Prolusio. Prolusionem appellat cædes et scelera perpetrata, Mario post fugam Romā reuerso, quorū meminit Lucretius his uerbis in secundo, Proh fata, quis ille, Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia uictor Corripuit? quātoq; gradu mors seua cucurrit? Nobilitas cum plebe perit. Proscriptionē etiam Syllanam, crudelitatemq; incredibilem, quā idem Poëta descripsit. A cuius crudelitate

Sullaturio Sullaturio uerbū fictum est à Romanis, ut Phalarizo apud Græcos, à Phalaride. Inde illud Cic. ad Atti cum lib. 9. Syllaturit animus eius iamdiu & proscripuit.

Proludere. Proludere, est certamen futurū meditari, & ad id se comparare & cōfirmare, id est, προαγωνίζεσθαι, & prolusio, quasi preeludium.

Virg. in tertio Geor. de tauro, Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco, uentosq; lacepsit Ictibus, & sparsa ad pugnam proliudit arena. Sic iuuenalis, iurgia proliidunt, sed mox & pocula torquet Saucius. Cic. in diuinat. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quē te in ipsa pugna cū acerrimo aduersario fore putemus? Prolusionem illam orationē uocat de constituendo accusatore, id est, uter ad accusandum admitteretur Cicero, an Cælius. Quoniam igitur post Syllam & Marium impulsam

Impulsa iam erat respub. & ad tyrannidem inclinata, prolusionem appellat eius, quod peractum est à Cæsare & Octauius. Inde illud Lucan in 9. in persona Catonis, Olim uera fides Sylla Marioq; receptis Libertatis obit, Pompeio rebus adempto, Nunc & ficta perit, non iam regnare pudebit.

Instauraticium spectaculum, ut instauraticius dies Instauraticius additus dicebatur. Macrob. lib primo.

Inter sese collise.) In certamen commisse.

Hæc omnia melius ex Plutarcho intelliguntur in uita Antonij.

Catastrophe.) Id est, exitu & conuersione. Et catastrophe comædiæ, est tertia pars fabulæ adlocundum exitum, ut docet Donatus in Andria.

Varij orchestre, ordinum, cunctorum, studijs.) Id est, Senatus, equitum, & populi.

Natalitium sidus, est id, quod conuersione cæli orbitur eo momento, quo quis nascitur. A Græcis, tum Genesiditium.

Genesiditium dicitur, tum horoscopus, quasi horæ nataliue notatio, ut Cicero loquitur lib. 2. de diu. Eudoxus opinatur, Chalæis in prædictione & in notatione cuiusq; uitæ ex natali die, minime esse credendum. Quæ etiam natalitia prædicta ibidem ab eo uocantur.

Genitura. Latini genitiram horoscopum dicunt, quia Græci Genesim dicere solent. Vnde Tranq. in Vessa. Cum uulgo (inquit) crederetur, Genesim habere imperatoriam. Firmicus Geniturâ dicere solet, ut in tertio. Secundum hanc (inquit)

quærit)

IN LIBRUM SECVNDVM

Thema.

quit) genituram, & secundum has conditiones stellarum, & secundū testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominū uolunt fata disponi. Thema etiam uocatur ab eodem, quasi posito syderum, ut Tranquillus Ang. Verum genitura sua uix & cunctanter edita, exiit Diogenes, adorauitq; cum Taniam autē mox fiducia fati Augustus habuit, ut thema suum uulgauit, nūmūq; argenteū nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. Thema est (ut ex obseruatione Cicero nis dici potest) id quod Mathematici notant, quo modo, scilicet cœlū affectum sit, compositaq; sydera, cum homines animantesq; oriuntur.

FOLIO 35.

Gene-
thios.

Genethliacis authoribus.) Genethlios à Græcis natalis dies dicitur, unde Genethliaci dicti Mathematici, quorum meminit Gellius lib. 13. Qui & Genethliologi, quasi ex die natali fatidici.

Gene-
thiaci.

Genethli-
ologi.

Apotelesmata Mathematica, sunt effectus geniturarum & thematū, qui ab affectione cœli manant. Verbū Firmici in octauo. Vnde Apotelesmatici auctores post Homeri etatem dicti sunt, qui Mathematici uocantur & Chaldæi, ut auctor est Eustathius.

Apotele-
smata.

Apotele-
smatici.

Non ultra crepidā uniuersitatis.) id est, non ultra ea, quorū causas philosophia deprehendit. Alludit enim ad illud peruulgatū, Ne sutor ultra crepidam, id est, ultra ea, quæ sunt sui artificij. Sic ultra crepidam uniuersif esse ea intelligit, quorū scientia excedit captum huma-

Ne sutor
ultra cre-
pidam.

NUM. DE

num. De quibus homines non nisi religiose debent iudicium facere, & circūspecte, atq; hesitabunde.

Sic enim sunt adimi, uelati erronei. Sicut erronei serui dicuntur.

FOLIO 36.

Emissarius.) Cice. in Ver. Neuius Turpio quidam istius excursor, emissarius, homo omnium ex illo cōuentu deterrimus. & in epi. 7. ad Mariū scribens, Hic Simio-
 lus animi causa me in quē inueheretur delegit, per suase-
 ratq; nōnullis inuidis meis, se semper in me emissarium fore. In illo superiore exemplo pro conciliatore furtorū
 ponitur, inquit Ascōnius, In hoc posteriore pro calūnia-
 tore & uexatore summissio, & subornato ab inimicis.

Emissarius hoc in loco pro satellite Orci in humani ge-
 neris perniciem emissio, ponitur. Græc. ἀποσταγ-
 λεινός & ἀποσταγώνος ἄξ dicuntur, & ἀποσταγώνος.

Notha quadam notione, Id est. nec germana, nec le-
 gitima cogitatione & intelligentia, ut in Annotat. satis
 explicatū est in enarratione uocabuli Spurius.

Status pro constituto recto & fixo accipitur. Liui-
 us, A Volscis & Equis statum iam & propē solenne in
 singulos annos bellū gerebatur. et Cic. de responsis A-
 rusp. statas solennesq; ceremonias dixit. Ipse tamen fre-
 quentius statutū dicit, ut Curtius ubiq; τεταγμένον
 dicunt, & statas uicibus aliquid facere, ἐν τάξει ποι-
 ἔειπται, & ἀποτεταγμένως.

Alectores exhaustos.) Hoc est, cum alea aduer-

N 2 facit, ποιῆται.

Emissarius

ἀποσταγ

λεινός

ἀποσταγώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

ἀξ

ἀποσταγ

ώνος

IN LIBRVM SECVNDVM

sa est, pecunia egentes & excussos.

Desultorum. Desultorum dicitur identidem ab alio in aliud com-
means, & instabilis. Translatum est à desultoribus equi-
**Amphip-
pti.** tibus, quos Græci amphippos appellant. De quibus La-
uius ita inquit lib. 3. de secundo bel. Pun. Nec omnes Nu-
midæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in-
modum binos trahentibus equos, inter accerrimam se-
pe pugnam, in recentem equum ex fesso transsultare
mos erat.

Actutum. Id est, confestim.

Deorum cultu ex hominum mente absterfo.) Post
Christi, scilicet cerimonias admissas prorsus, & ex-
plosum nomen deorum.

Offundere. Offundunt.) Id est, circūfundunt. Cic. in finib. Ut
obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.

Officinæ. Officinæ fortunæ sunt aulici ordines, & collegiū eo-
rum, qui æriarum summā habent in potestate, aut qui pri-
mas & secundas partes habent in ea parte reipub. Aut
qui in inuicriore aulā inclaruerunt auctoritate, aut qui
gratia flagrant apud Principem.

Perpolitos. Respondet uocabulo officinæ.

Altrinfecus. Altrinfecus.) Id est, ex altera parte.

Designantur. Designantur.) Hoc est. καίνοτο μοῦναι, νεω=

Designare. τῶν ἡμερῶν καίνοτο μοῦναι, id est, in dies alia atq; alia
æuiur & huius. Sic Horat. in epistolis. Quid nō ebrie-
tas designat? operta recludit, Spes iubet esse ratas, ad
prelia trudit inermem, id est, quid non facit nouis quid
tam no

tam nouum, quàm quod ebrietas efficit? Sed enarratores male intellexerunt. Quod uerbum in Annotationibus satis explicatum est.

Nil fiet propius.) Id est, parum admodum abe-
rit. Cic. pro Cluen. Nec quicquam propius est factum,
quàm ut illum obtorto collo ad subsellia reduceret. Et
ad Q. fratrem, Propius nihil factum est, quàm uille
occideretur. Quod Græci dicerent $\omega\rho\acute{\alpha}\tau\omicron\sigma\omicron\upsilon\tau\omicron\rho$
 $\tilde{\eta}\lambda\theta\epsilon\rho$ $\acute{\alpha}\pi\omicron\theta\alpha\nu\acute{\epsilon}\mu$, $\epsilon\tau$ $\omega\rho\acute{\epsilon}\lambda\alpha\chi\iota\sigma\omicron\rho$ $\tilde{\eta}\lambda\theta\epsilon\rho$ $\acute{\alpha}\nu\alpha\iota$
 $\xi\epsilon\delta\alpha\nu\alpha\iota$, $\epsilon\tau$ $\omega\rho\acute{\alpha}\varsigma$ $\omicron\upsilon\delta$ $\epsilon\mu$ $\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\tau\omicron$.

FOLIO 37.

Adrastie in superioribus meminimus. Hoc in loco
pro ira diuina accipi potest. Antiqui Deam esse finxe-
runt superbie $\epsilon\tau$ impotentie ultricem. Arianus, Eu-
sebius ab ima sorte ad imperatoriam usq; elatū, ideoq;
intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem
(quod dicitur) uellens, admonensq; ut castigatius ui-
ueret, reluctantem, præcipitem, tanquam e rupe qua-
dam egu excelsa. Hæc propterea urnam iudiciorū mo-
uere dicitur apud superos, id est, diuinam iusticiam cie-
re ad animaduersionē sceleratorū $\epsilon\tau$ insolentia prædi-
torū. Urna enim excussa, sorte exeunt cause in iudiciū
deducendæ, et iudicium fit sortitio. Virgilius, Quæsit
Minos urnam mouet. $\epsilon\tau$ Iuuenalis, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

Summum autem est religiose ac timide incusare
iusticiam diuinam, quasi procrastinantem in animad-

N 3 uerfione

Nihil pro
propius
fieri.

$\omega\rho\acute{\alpha}\tau\omicron$
 $\sigma\omicron\upsilon\tau\omicron\rho$
 $\tilde{\eta}\lambda\theta\epsilon\rho$.

$\omega\rho\acute{\epsilon}\lambda\alpha$
 $\chi\iota\sigma\omicron\rho\tilde{\eta}$
 $\lambda\theta\epsilon\rho$.

$\omega\rho\acute{\alpha}\varsigma$
 $\omicron\upsilon\delta$
 $\epsilon\mu$
 $\epsilon\gamma\acute{\epsilon}$
 $\nu\epsilon\tau\omicron$.

Adrastia.
Urnam
mouere.

IN LIBRUM SECUNDUM

uersione tantæ iniquitatis atq; indignitatis, Adr. stia
amq; ipsam urnæ custodem, quasi præuaricantem in
excitanda seueritate diuina, cum res ad summum indig-
nitate euaserunt.

Institor.

Institorem.) Id est, uenditorem.

Nam quo tandem mihi &c. Figurata locutio.

Necq; commodum quidem &c.) Quia tantis par-
ta malis, cura maiore metuq; seruantur.

At multa desideramus.) Id est, multa nobis desunt,

Quæ desiderat.) Id est, quibus caret.

Auctariū.

Auctariū est, quod liberaliter additur ad mensuram
exactā, quod ἐπιπλεῖν & ἑπιπλεῖν & corollarū dicitur.

ἐπιπλεῖν =

ἑπιπλεῖν.

Corollæ

rium.

Vide ut.

Vide ut, id est, ne non Terent. Vide ut satis contēpla-
ta sis. Luuius, Etiam atq; etiā uidete Aetoli, ut ita per mit-
tatis. Cic, Et tamen uereor, ut ipsis contentus sit.

Nec aures eius tantopere fatigemus.) Id est, ne ab
ea magnopere postulemus.

In supplementū legionum supernatum.) Quæ ex
haustæ sunt lapsu demonum.

Pars.

Pars sit animaduersionum.) Pars hic pro initio
ponitur, ut est illud Virgilianum, Pars mihi pacis erit,
dextram tetigisse tyranni. Celsus, Parsq; sanitatis est,
uouum esse suppressum. Cicero, in Philippi. Mors in
beneficij parte non numeretur.

Representata.) Ante mortem peritocrata.

Expungere.) Id est, delere & abolere.

Inter enarios relati apud Deum sunt ij, qui obsecus
admissa

admissa ex civium sacrorum numero ceciderunt, qui quod ignominia apud Deum notati. Cuiusmodi esse dicimus, qui rei capitalis conscii sibi sunt. His enim aiunt in Ecclesia stipendia non procedere, hoc est, merita Ecclesie non prodesse ad salutem. Aerarij enim quoadiu erant homines, Rome civium iura non habebant, nec in albo centuriarum scripti erant, sed tantum tributum inter ciues pendebant. Erant quod id genus mulctæ ignominiosum, ut in Annotat. dictum est, in mentioe centuriarum animadversionum. Livijs lib. 4. ab Urbe, Censores ægre passi, Mamercum quod magistratum Po. Ro. minussit, tribu mouerunt, octuplicatoque censu aerarij fecerunt. Hi à Græcis multipliciter dicuntur, ut in loco supradicto Annotat. dictum est. Vno tamen modo κατὰ δίκην dicuntur, id est, damnati. Hi cum in integrum restituuntur, ex aerarijs empti dicuntur, & expuncti ex aerarijs. Sic ex aerarijs expuncti sunt apud Deum, qui Ecclesie restitui sunt, per expiationem legitimæ poenitentia. Aerarij autem Athenis erant, qui mulctæ pecuniariæ publicæ erant debitorum, imerimque ignominia notati erant.

Aerarij.

κατὰ δίκην

Ex aerarijs

expuncti

empti.

Planus ille.) Id est, impostor & deceptor.

Planus.

Ut solet ex fulminis.) Fulmina enim videmus homines animantesque necare, incendiaque in ædificijs & sacris & profanis inferre.

Plausum captare.) Id est, aucupari & querere, ut prestigatores solent à corona circumstante. Cic. in secundo Tuscul. Amplitudinè animi rem esse pulcherrimam

IN LIBRVM SECVNDVM

miam, eoq; pulchriorem, si uacet populo, neq; plausum captans, se tantum ipsa delectet. Quintilia. in quarto. Illa uero frigida est, & puerilis affectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utiq; sententiã, & huius uelut præstigie plausum petat.

Hinc labans persuasio.) Hoc est, parũ firma fides.

FOLIO 38.

Profligatus. Substantiarũ profligatissimarũ.) Hoc est, Larium perditissimorũ. Cic. pro Archia. Nunquã me pro salute uestra in hos profligatorũ hominũ impius obiecißem. Cuius ipse domicilium.) Corpus scilicet.

Manie. Manie (inquit Festus) appellantur deformes turpesq; persone. Larua & Manie dictæ sunt manes deprauati, inquit Martianus in 2. Manie pro noxijs spiritibus hic ponuntur, qui hominum corpora præcordiaq; subeunt, qui ob id κακοδαίμωνων τῆς dicuntur, hoc est, malo demone perciti & fanatici.

Turbare. Disturbare, id est, cuertere & diruere.

Constans persuasione &c id est, fidei. Fides autem Charitas præsidium est animi, ut milites arcis custodes.

Solicitare. Solicitatori.) Solicitare, est turbare, & in seditionem impellere, id est, Διασασιάζειν Linius, Nec sollicitare quiete ciuitatis statum. Paulus de extraord. criminibus, Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores. Significat etiam infestare. Celsus de destillatione loquens. Præterquam si ista uehementius aliquem, & diutius sollicitare consue

suauerunt. Alibi infestare pro eodem dixit.

Infestare.
Acroama-

Acroama, ad uerbum auditionem significat. Sed à nostris plerumq; pro festiua & uicunda narratione accipitur, atq; etiam pro homine acroama pronunciant, ut apud Tranq. sepe. Cic. pro Archia. Cum ab eo quaereretur, quod acroama aut cuius uocem libentissime audiret, eius inquit, à quo sua uirtus optime predicaretur. Acroama pro uoce posuit & narratio- ne Alibi pro Sextio posuit pro homine. Ille ipse Ludius (inquit) non solum spectator, sed actor et acroama. Et in Ver. Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario discederet, ibidem conuiuus spectantibus emblemata auellenda curauit. Hic autem Budæus acroama pro uoce & sermone posuit. Ita enim dicitur acroama ab audiendo, ut theama, id est. spectaculum, à spectando.

Vt & rationis frenos commordecat.) Vt equi con-
tumaces & praeferores, ob id græce ἀφηνιάζοντες
dicitur. Frenos-
commora-
dere.

Facultate sua instructam.) Ratione scilicet & ar-
bitrio. ἀφηνιά-
ζου.

Animum perditissimum) τὸ ῥυμδὸν & uolun-
tatem.

Deplorate fortis.) Id est, perditæ & desperatæ.
Abruptum est quod descensum non habet, sed tan-
tum præcipitium. Sic Liuius. Omnibus inter uictori-
am mortemq; certa desperatiõe abruptis. Cyprianus.
A recto limite ueri auersi, & per præceps & abru-

Abruptū.

N s ptum cri-

IN LIBRUM SECUNDUM

ἀπόκη=
μνορ,
ἀπότο=
μορ.
Succin=
ειus.

ptum criminum suorum nocte atq; die rapiuntur, græ
ce ἀπόκη μνορ καὶ ἀπότομορ dicitur.

Succinctam, instructam & munitam. Cic. de Car-
thagine. Succincta portibus, armata muris. Livius lib,
primo, de secundo bello Pun. Viam unam ad bellū cer-
nens, si ex bellis bella ferendo, succinctus armis legio-
nibusq; uiuat. Plin. in Panegy. Frustra se terrore suc-
cinxerit, qui septus charuacæ non fuerit.

A primordijs rerum. (Hoc est, ab orbe condito.
Quasi per unum.) Athletarum scilicet.

FOLIO 39.

Et audeamus.) Modus loquendi Ciceronianus,
quasi dicat: Quis erit qui audeat?

Fraus.

In fraudem.) Id est, pœnam. Teren. Ab uchemēs
in utramq; partem Menedeme es nimis, aut largitate
nimia, aut parsimonia, in eandem fraudem ex hac re
atq; ex illa incidet. Ponitur etiam pro crimine. Cic. de
diuinat. Est enim periculum, ne aut neglectis his re-
bus diuinis, impia fraude, aut susceptis, anili supersti-
tione obligemur. Vlp. in iuu. de edil. edicto. Capitalis
fraudem admittere, est tale aliquid delinquere, propter
quod quis capite puniendus sit. Verbum frequens apud
antiquos.

Igniculi.
ἔμψυθ
μα ἔνα
σμα.
ὑπὲρ κλυ-
μα.

Igniculos.) Id est, fomitem atq; incitamentū, græ-
ce ἔμψυθμα, ἔνασμα, καὶ ὑπὲρ κλυμα. Cice-
do simibus, Quorū similia sunt prima in animis, quasi
uirtutum igniculi & semina, id est, (ut ipse inquit) inui-
tamenta

tamenta uirtutū in homine innata. Et in tertio Tuscu.
 Natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter
 malis moribus opinionibusq; deprauatis sic exingui
 mus, ut nusquam naturæ lumen appareat.

Inoffensum ingenium, id est naturam.

Ratio formalis eadē est cum ratione substantiæ, quæ
 λόγος ἢ οὐσία dicitur, ἢ εἶδος ab Arist. in sept.
 αὐτῷ μετὰ τὰ φυσικὰ Dicitur autē ratio formalis uel
 substantiæ, idco quod ratio est per quā est unaqueq; res
 id quod est, ut inquit Themisthius in 3. de anima. Una-
 queq; enim res descriptionē suam non à materia, sed à
 forma accipit. Vt uerbi gratia in exēplo Arist. Domus
 est figura ipsa domus cū cementis ἢ lateribus, sed for-
 ma ἢ substantia seu ratio, est forma structuræ et hæc
 substantia prima dicitur ab ipso auctore. Sensus est er-
 go, duos esse homines in una hominis finitione.

Vt est ipse placidi pacatiq; ingenij. Quia per se
 immunis est sensualis molestiæ.

Consternari est animo percelli, et perfundi pau-
 re. Quem inter affectū spes gestiens efficit ἐπιφοβῶς
 tunc dici possit. cum alioqui πῦρεως ἢ ἐκωλύτ-
 ῶδες significet.

Vultuose.) Id est, uultus alios atque alios ducen-
 do, ἢ (ut græce dicam) στωφρωμένως ἢ μετὰ
 καταφείας.

Puerum est quod ordine inuerso ἢ contra
 quā decet comparatū est, Cice. in qua dā oratione, Ita
 q; ut sumi.

Ratio for-
 malis.

λόγος ἢ
 οὐσία
 εἶδος.

Consternari.

ἐπιφοβῶς.

πῦρεως.

ἐκωλύτ-

ῶδες.

στωφρω-

μένως.

μετὰ

καταφεί-

ας.

Peruer-

q; ut sumi.

IN LIBRUM SECUNDUM

que ut erat semper præposterus ac peruersus, initium à Balbo facit. Et peruersitas pro ratione nec recte nec ordine constituta, in officijs. Sed ea (inquit) quæ multū ab humanitate discrepant, ut si quis in foro canet, aut in funere, aut si qua est alia magna peruersitas, facile

διασφο= apparent διασφοφί & διασφραμμένον dicitur: ut
 φα δ'ε= oculorum acies peruersa. Sic enim græce Strabones
 σφραμμέ= διασφραμμένοι appellantur, aliter quam decet cer=
 vos. nentis.

FOLIO 40,

Exprime= Expresis) Exprimerè inter alia etiam hoc signi
 re. ficat, ut & necessitate impetrare & auferre. Vt enim extorquere, sic exprimere dicitur, quasi manibus presis auferre & extundere. Cic. Expresit hoc ne-

εὐάλο= cessitas patribus. & εὐάλο, id est, necessitate coacti
 μαι. hoc decretum fecerunt, & alibi. Expressa his necessi-
 tas hoc agendi. Inde illud Tranq. in Aug. Omittit sena-
 tus consulta, quæ possunt uideri expressa uel necessita-
 te uel uerecundia.

Primæ noxæ patrator demon.) Sua sit enim pri-
 mo parenti, ut auderet aliquid contra interdiciū Dei.

Gerundū Pertentandi sensuum.) Sic Plautus in capti. Nos
 in. di. minandi istorum tibi erit magis quam edundi copia,
 hic apud me Ergasile Tranq. in Aug. Exacta iocan-
 di licentia, diripiendiq; pomorum Cic. in philip. 5.
 Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimen-
 dæ reipub. ccedis faciendæ, bonorum diripiendorum
 urbis,

urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populi Romani seruitute opprimendi. Licet in quibusdam exemplaribus urbes & agros legatur, mendose ut opinor, nam & Gel. & Liuius hac locutione utuntur.

De iure suo decedere, est non summo iure agere, aliquid sui condonare comiter. Cic. in Offi. lib. 2. Conuenit autem in uicinitatibus & consinijs esse æquum & facilem. Est enim liberale, paululum nonnunquam de iure suo decedere, & interdum fructuosum.

De iure suo decedere.

Fasces submittat.) Enarratum hoc in annotatione. *Ἐπιβάλλει τὰς ράβδους ἃς προῦχοντι τῆ τιμῆ, ἅς οἱ δίδουσι.*

Submitte= re.

Placitis.) id est, Decretis

In sede primaria.) Hoc est, in principatu animi.

Auspicijs maioribus.) Hoc est, maiore dignitate & potestate. Virg. in 4. aeneid. Communem hunc ergo populum paribusq; regamus Auspicijs. Liuius, Vos auspicium imperiumq; ad Calenum detulistis. Eius autem consulis erat summa potestas eius diei, quo fasces habebat, & ius auspicandi. Auspicijs etiam hic maioribus sic intelligi potest, uberiore numinis fauore, maiorisq; pollicente, ut illud, Nam te maioribus ire per altum Auspicijs manifesta fides.

Auspicijs maioribus.

Prærogatiua tribus dicebatur, quæ prima ferebat suffragia & prærogatiua centuria iudicem. Liuius lib. 2. secundi belli Puni. Auctoritatem prærogatiuæ omnes centuriæ secutiæ sunt, ubi subintelligitur centuriæ. Et

Prærogatiua.

IN LIBRVM SECVNDVM

rie. Et Prærogatiuus adiectiuum, quod non tantum
 eum significat, qui primus rogatur sententiã, sed etiã
 cuius sententia momẽtũ habet & auctoritatẽ, quasiq;
 præiudicium affert in euentũ comitorũ. Cic. pro Plan-
 cio, Cuius in honore nõ unius tribus pars, sed comitia
 tota comitijs fuerunt prærogatiua, & datiuo iunxit,
 hoc est, præiudicatam opinionem auctoritatemq; affe-
 rentia, quod ideo dixit, quia populus alijs comitijs su-
 am uoluntatem erga Plancium declarauerat. Substan-
 tiue etiam dicitur prærogatiua, pro auctoritate &
 præiudicio quodam, quia plerumq; reliquæ centuriæ
 & tribus auctoritatem sequebantur prærogatiuæ. Li-
 uius lib. 3. ab urbe condita. Icilius ubi audiuit tribunos
 militum in Auentino creatos, ne comitorum militari-
 um prærogatiuam urbana comitia, ipsẽdem tribunis=
 plebis creandis sequerentur, & ipse priusquam ire-
 tur ad urbem, pari potestate eundem numerum ab suis
 creandum curauit. Cice, utrumq; eleganter coniunxit
 in Ver. Act. secunda, Q. autem Metellus quã ista
 sit amicus attendite. Dedit enim prærogatiuam suæ uõ-
 luntatis eiusmodi, ut isti pro prærogatiuis eam reddi-
 disse uideatur, id est, Ita aperte fauere se ostendit Ver-
 ri, ut hoc beneficium rependere uideatur pro pecunia
 à Verre accepta, ex qua tribus corruptus, ut consul cre-
 arctur ambitu. Sic hoc in loco prærogatiuam sensuum
 sequi, est sensibus credere & obsequi potius quã rã-
 tioni obtemperare.

Ex historia

Ex historia primordiali.) In libro Geneſeos.
Arbitrium ſuum.) Hoc eſt, $\epsilon\alpha\upsilon\tau\epsilon\chi\theta\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\rho$

$\epsilon\alpha\upsilon\tau\epsilon\chi\theta\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\rho$

liberam uoluntatem.

Tanquam ex continenti.) Hoc eſt epiro.

Infra ſupra.) prouerbiale eſt, ut ſupra dictū eſt.

Senſuum principatum.) Hoc eſt $\delta\eta\gamma\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\rho$

$\delta\eta\gamma\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\rho$

ut in annotationibus declaratum eſt.

F O L I V M 41

Pronunciat, iudicium fert & ſententiam.

Senſor ijs.) Hoc eſt, inſtrumentalibus corporis par-
tibus, quibus ſenſibus percipit.

Ut litem ſuā faciat.) Hoc eſt in Annot. explicatum.

Uitiū oblatū.) Antiqua locutio. Teren. in Adelp.

Qui miſere per nim uitiū obtulerat. Oblatū autē uitiū
uel ſuprum, dicitur quod inuite offertur, inquit Dona-
tus Sic oblatū ſuprū mulieri, Cic. in Philip. Sic oblatū
incendiū, Cic. pro domo ſua, Domus (inquit) ardebat
in palatio, non fortuito, ſed oblato incendio Sic oblata
mors, pro Roſcio, Quod ſuppliciiū ſatis acre reperitur
in eū qui mortem obtulerit parenti? Hic autē per meta-
phoram uitiū, non ſuprum, ſed innocentie corruptio-
nem ſignificat, & in uitia procliuatatem.

Oblatum
uitium.

Noxa eſt culpa & uitiū, & noxam nocere di-
cebant, hoc eſt, culpam crimenq; admittere. Lilius
libro nono ab urbe. Quandoquidē hiſce homines in-
uſſu Po. Rom. ſœdus icſtum iri ſpouderunt, atque
ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem hoſce
homines

Nox m
nocere.

IN LIBRVM SECVNDVM

Noxæ dedi
ti. homines uobis dedo. Inde noxæ dediti serui dicuntur
apud iuriconsultos, qui ob delictum & damnum da-
tum cæduntur. Qui & ob noxam dati dicuntur. Lius
Ob noxam
dari. tum cæduntur. Qui & ob noxam dati dicuntur. Lius
us. Quem ob noxam dedi sibi postulent. Vnde seruus
Noxa solu
tus. noxa solutus, qui noxã nullã nocuit, aut certe cuius no-
minc caput noxa sequi, id est, cuius nomine dominus
noxali actione cõueniri nõ potest. Var. de rerust. lib.
2. In horum autem emptione solet accedere peculium,
aut si excipietur, stipulatio intercedere, sanum eum
esse, factis noxisq; solutum. Et itidem Pomponius in ti-
tulo de euictionibus. Inde obnoxij dicti primum. id est,
ὑπόδικοι ὑπεύθωοι. ut noxa soluti, ἔνυπεύθωοι,
ἄνωπαίτιοι ὄνκ ἐνεχόμενοι.

ὑπόδικοι =

κοι ὑπεύθωοι, ἄνωπαίτιοι ὄνκ ἐνεχόμενοι.

ὑπεύθωοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

ἄνωπαίτιοι

Commenticium, ut Virgi. satis innuit in fine sexti
Aeneidos, & Cicero apertissimè dixit in oratione pro
Cluentio.

Excessu, qui græcis ecstasis dicitur, ut superius
ostensum est.

Ius.

Iuris sui facere. Jus potestatem significat. Lius
us, Que ex his habere uictori, quibus multari eos ue-
lit, ipsius ius atq; arbitriũ esse. Idem, in ius ditionemq;
uenire, id est, in potestatem, dixit. Plinius lib. 2. Nam
nec eum facere posse, ut qui uixit, non uixerit, qui hono-
res gessit, non gesserit, nullumq; habere in præterita
ius, præterquam obliuionis, de Deo absurdissimè lo-
quens. Luca. in 7. Qui tot simul undiq; gentes iuris
habere sui uellet, pacemq; timeret. Inde sui iuris dicun-
tur

tur homines liberi, et patria potestate soluti αὐτεξούσιοι, αὐτοπροϊάκτοι, ἔτι ἠοὐνquam αὐτοκράτορες, græcis dicuntur.

Quiritetur.) Id est cū exclamatione cōploret. Verbum à Quiritū imploratione ductum, quod solet quiritum aut iniuriā atrocem patiuntur. Plin. in Epist. Audres quiritatus infantū, clamores uirorū, alij parentes, alij liberos, alij coniuges uocibus requirebant. Quint. in 3. Ita cur in initio furiose sit exclamandū nō intelligo, cū proposita cōsultatione rogatus sententiā, si modo est sanus, nō quiritet. Vale. etiam lib. 6. utitur. Queritari uerbū etiam frequentatiuū nōn multum ab hoc differt, σχηλιαζω & ἰνιαιωζω dicūt.

FOLIO 42.

Indago est uenatorum inquisitio, que græce θήρα μᾶ dicitur. Tacitus lib. 13. Romæ testamenta ἔτι orbos ueluti eius indagine capi. Sic Lilius lib. 7. ab urbe. Cū præmissis eques uelut indagine dissipatos Samnites ageret, eadem ingentem fecit. Vnde indagare uerbum, uenatorum more inquirere. Sed quoniam uenatores saltus circumdant retibus, que græce ἀρκενές dicuntur, ἔτι latine plage uaris erectæ, qui græce σχηλιαζω & ἰνιαιωζω appellantur, ideo factum est ut indago pro serie plagarum saltus cingentium accipiatur, ut in quarto Aenci. Saltusq; indagine cingunt, ἔτι Luca. in sexto Saltus nemoro saq; tesqua Et syluas, uastaq; feras indagine claudit, per metaphoram uocauit indaginem, fōsam ἔτι.

αὐτεξούσιοι αὐτοκράτορες
πρότακτοι
αὐτοπροϊάκτοι
αὐτοκράτορες
Quiritatur
ri.

σχηλιαζω
ἰνιαιωζω
Indago
θήρα μᾶ

Indagare.
ἀρκενές
σχηλιαζω
ἰνιαιωζω

IN LIBRUM SECVNDVM

- σοιχος.** sam et munitiōnū turritarū scriem. Sic Plin. in Panegy. pænarū indagine inclusos dixit, quasi ambuu. σοιχος à Græcis dicitur, id est, series plagarū, quo saltus circū datur, et σοιχισμός. unde περισοιχίζεσθαι uerbū, in dagie circūaare, hoc ē, τῆ ἀρκυοσασι α̅ω̅σι β̅α̅δ̅α̅. (Notionum.) Id est, conceptionū animi, ut Cic. uocat. Deopactæ.) Id est, Διομολογηθεῖσα: ac desponsæ. Virg. Gremioq; abducere pactas, & Plautus uirinum. Habeon pactan? id est, desponsam.
- σοιχισμός.** Notio.
- περισοιχίζεσθαι.** Pacta.
- Arbitrari** Inspectare & arbitrari, id est, obseruare, & diligenter intueri. Plautus, Huc & illuc potero, quid agāt arbitrarier, & in capt. Secede huc nunc iam si uidetur procul, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, id est, obseruatores. Inde illud Liuium, Per deos fœderum arbitros & testes. Cyprianus, Ne profanus arbiter eloquium nostrum impediāt. Sic ab Horatio in epistolis dicitur est locus maris arbiter. Ratio & prudentia curas, Non locus effusi late maris arbiter aufert, id est, locus amœnus in mare uergens spectansq;, licet enarratores aliter exponant.
- Locus Horatij interpretatus.** Incidendam, sculpendam. Interlini, delerit.
- Arbiter.** Ludere. Ludibundæ imagines.) Ludere, interdum moueri significat, ut Terent. Congrum istum finito in aqua ludere paulisper. Vnde imagines ludere dicuntur, quæ oculis sic obuersionantur, ut culices & muscæ minutissime circūuolare astate uiatores solent.
- Vacare.** Vacare, pro carere Cic. dixit de Orat. Domicilium tantum

tantum in ea Vrbe remanet studiorū, quibus uacant ci-
 ues, peregrini fruuntur. Idem in Tuscul. Eoq; pulchri-
 or est illa uirtus, si uacet populo, nec plausum captans
 se tantum ipsa delectet, id est, si careat oculis populi, &
 de senect. Vacare muneribus, est immunē esse. Hoc mo-
 do ferē Cicero uacare & uacuū accipit, ut uacare crimi-
 mine, & uacare motibus. & in Crat. Quæ enim causa
 est uacua prudentia? Sed quomā uacuos curis esse oportet,
 qui literarū studio se dediderunt, ideo fit, ut uacare
 studio dicātur, datiuo casu, ut græce σχολάζειν, id est
 ociami & feruari. Tranq. Post decisa quæcūq; obuenis-
 sent negocia, gestationi ac deinde quieti uacabat, id est,
 uacuū se curis dabat. Sic palestricis uacare Quintil. i.
 operā dare præceptoribus palestræ. et Curtius pro 234
 ματιζειν. ille non uacasse sermoni suo regē causatus,
 discessit. i. intentionē non adhibuisse. Ex his apparet, ua-
 care duas significationes penē oppositas habere.

σχολάζειν
 ζειν.

χηματί-
 ζειν.

Circa summi boni & c.) Omnes enim id expetunt,
 ut inquit Aristo. in primo Ethicorum.

FOLIO 43

Fatiscere, est languere, deficere, ἐκκλάμνειν, ἀπα-
 γογνέειν κατὰ πόνειδάς, considerare, & uiribus de-
 fici. Tacitus, lib. 14. ipse exercitussq; eius per inopiam
 & labores fatiscabant, carne pecudum propulsare fa-
 mē adacti. Pli. de rege apū. Hunc esse solū mare existi-
 māt, præcipua magnitudine ne fatiscat. Columella solū
 gliscens, id est, lætū, & fatiscens, ut contraria ponit, est

ἐκκλά-
 μνειν.
 ἀπαγο-
 γνέειν.
 κατὰ πο-
 νείδας.

Ο 2 enim .

N LIBRVM SECVNDVM

ἐκκαρπὶ ἐνὶ σάτῳ σὺν ἁπλῶν, id est, de frugatu
 ῥόμουρον Infracto, id est, confRACTO & confECTO.

Exuuijs corporis aduenticijsq; hoc est, bonis cor-
 poris & externis.

Fœlicitatis diuersorium.) Opum, scilicet congeriē.

In erroris incunabulis & c.) Id est, à pueris imbuti
 sensu cōmuni, auaritiæ et cupiditatis disciplina deinceps
 p manus à maioribus tradita. Quod Iuuen. reprehēdit
 Saty. 14. Educantur aut̄ in cunis erroris, qui erroris ele-
 mēta prima statim pueritia discunt, ut illud Satyrici su-
 pradicti. Sunt quædā uitiorū elemēta, ijs protinus illos
 Imbut, & cogit minimas ediscere sordes. Mox acquirē
 di docet insatiabile uotū, & alibi. Fallit enim uitū spe-
 cie uirtutis & umbra, Cum sit triste habitu, uultuq; &
 ueste sæuerū, Nec dubie tanquā frugi laudatur auarus.
 Iure gentium.) Ex quo contractus emanauerunt,
 qui sunt auaritiæ instrumenta.

Suoapte ingenio.) Id est, natura.

Ad ærumnosam uitā.) Hoc est, laboribus exercitā.

Erroribus ætati cuiq; cōsentaneis.) Ut in arte poē-
 tica Horatij, ætati uitia studiaq; distinguuntur.

Restitui
 sibi.

Restitui sibi.) Plini. Vina in apothecis canis ortu
 mutantur, posteaq; restituntur sibi, id est, in naturam
 suam redeunt. Simile est, natalibus restitui, de quo supra
 dictum est. græce, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις
 dicitur, & εἰς τὸ περὸν ἀποκατάστασις.

Ad uaniloquentiam tandem euasit.) Hoc dicitur
 propter

ANNOTATIONES. FOL 43

propter Stoicos, ut intelligi potest ex Cic. in tertio de finibus bonorum & malorum, apud quem Cato Stoicorum imitator ita inquit, Quæ autē illi appellant catorthomata (nos recte facta, si placet, dicamus) omnes numeros uirtutis continent. Sola enim sapientia in se tota conuersa est, quod idem in cæteris artibus non fit. Sapientia enim & animi magnitudinem complectitur & iusticiã, & ut omnia, quæ homini accidunt, infra se esse iudicet. Quibus uerbis significatur, hominē sapientem omnia in potestate habere, quæ ad se pertinent, ut etiam beatitudinem sibi comparare possit, quod uanitatis plenum est. Quod irridens Horatius, ad Mæcenatem scribens, ita inquit, Ad summā sapiens uno minor est Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum, Præcipue sanus, nisi cum puuita molesta est. Vt enim idem auctor in Sermonibus dicit, Nam uitij nemo sine nascitur, optimus ille est, Qui minimis urgetur. Quare innocentia hominis non in homine, sed in Deo sita est, ut & beatitudo.

In ultimo ab orbe terrarū loco.) Hoc est, in cælo Naturæ ceterioris.) A cælo procul submotæ. Inexpiabile odium, implacabile.

Ab æuo condito.) A Solis prima conuersione, ab exordio sæculi & mundi. Plin. lib. septimo.

FOLIO 44.

Superiorem sui partem inferiori.) Hoc est, mentem sensui, & Adamum Eue. Alludu ad Cecropem su prædictum. O 3 Incuna

IN LIBRVM SECVNDVM

Incunabula conspurcata.) Translatio est ab infantibus cunabula sua stercore foedantibus. De primo parente dictum, uel de genere humano potius, qui uitam à peccato auspicatus est.

Cooptare.

Cooptatum, assumptum in parem potestatem. Tranq. in Aug. in tribunitia potestate semel atq; iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit. Sic cooptare senatorem, Cicero in Verrem, cooptare patronum. Plini in epistolis, Oppidum est (inquit) praedijs nostris uicinum, quod me pene puerum adhuc patronum cooptauit, id de uniuersitate dictum est. Hic cooptauit metaphoricè dicitur $\omega\sigma\sigma\epsilon\iota\lambda\epsilon\tau\omicron$.

Vades.

Vadem.) Vades proprie hic positum. Vades enim sunt sponsores in re capitali.

Victimam piacularem.) Quae pro piaculo caeditur.

Imminue= quod Graeci $\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\epsilon\mu$ dicunt. Imminuere gloriam alicuius. Cic. in Philip. Minuere magistratum, & minuere **re.** ius imperij, in Verrem, & minuere maiestatem, ut ledere maiestatem Laetant. de Ioue loquens, Omitto uirgines, quas immiuit, id est, stupro contaminauit. Plautus in Cistell. Neq; pudicitiam meam mihi alius immiuit, id est, uirginitatem abstulit.

Quod quidem ad spem pertinet &c.) Hoc dicit propter igniculos cupidinis, & peccati procliuatatem, quae in homine remansit.

Vexo.

Rapiunt uexantq;.) Id est, sequendi necessitate fatigant.

Nec uia

Nec uia fert regia.) Vlpianus in titulo, nequid in lo Viarum
 co publi. Viarū quaedam publicæ sunt, quædā priuatae, genera-
 quaedam uicinales. Publicas uias dicimus, quas Græci
 λεωφόρους, nostri Prætorias, alij Consulares appel- λεωφό-
 lant. Paulus, Viæ uicinales, quæ ex agris priuatorū col 901.
 late sunt, publicarū numero sunt, sed inter eas & mili-
 tares hoc interest, quod uix militares exitū ad mare aut
 in urbem habent. Militares autem ideo dicuntur (ut ex
 Quintil-coniugio) quod strata à militibus erant. Sic enī
 ait lib. 2. Itaq; stratiū militari labore iter sæpe deserimus
 compendio ducti. Viæ regie Eusebius meminit in sexto
 præparationis Euangelicæ. Et alioqui nunc regia dici-
 tur, quæ Romæ consularis dicebatur, qua s. consules ex
 exercitus ducebāt. Vehicularis aut uia dicitur, quā Græci
 ἀμαξιτήρ, ἀμαξιλάτορ, & λεωφόρορ uocant, id ἀμαξι-
 est plaustrariā & curulem. Alludit aut ad uitam regū τος.
 & procerū, qui per luxū plerūq; et delitias uitā transi
 gunt, et ad eorum etiā, quibus molli gestatorio uti licet, ἀμαξι-
 hoc est, prædiuitiū, & copia rerū omnium affluentū. λατορ.
 λεωφό-
 Actum.) Id est, plaustrariū transitū. Vlpia. Actus
 est (inquit) ius agendi iumentū aut uehiculū. Itaq; qui
 iter habet, actū non habet. Verba sunt iuris.

Qui primus eam secuit.) Vnde secta dicta.

Aerūnas suas & sarcinas.) Aerūnule (ut Festus
 tradit) olim dicebātur furculæ, quibus alligatas sarci-
 nas uitatores gerebant. Quarum usum, quia C. Marius Muli.
 rettulit, ideo muli Mariam postea coeperunt appellari. Mariani.

O 4 Itaq;

IN LIBRVM SECVNDVM

Aerumnae Itaq; (inquit ipse) aerumnae labores onerosos significat, à uerbo græco ἀίρειν, quod est tollere. Plutarchus hemionos Marianos, id est, mulos, appellatos dicit à Mario, Qui corpus ad omne genus laboris exercens, etiam cum exercitū duceret, sibi solebat sarcinas ferre, et suapte manu excqui et expedire ea, quæ ad uitam essent necessaria. Quanquā et alteram ipse huius appellationis causam traditā refert. Hoc autē in loco alludit ad id, quod Seruator dixit Matth. 10. Qui uult post me uenire, tollat crucem suam, et sequatur me. quasi, tollat suas aerumnas.

iturum esse et peruenturū, futurum est infinitiui, τῷ ἐξελθόντι καὶ ἀφ' ἐξουσίας, Cice. in Tuscul. Tamen expecto ea, quæ tu pollicuus es Lucullo, ab Antiocho audita dicturū. et in Bruto, Videor enim iam te ausurū esse appellare τῷ ἐξελθόντι. et in Verrem, Quæ in iudicio dicturum esse dicebat. Gellius illud eiusdem auctoris, Sed quocumq; uenerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futurum, sine uerbo esse legit.

Index bonorum et c.) Euangelium enim docet, qui sunt fines bonorum et malorum.

Suasorijs, in ijs, quæ sunt consilij, non præcepti.

Sese perditū eant.) Sic Tacitus, A Nerone probro suo carmine diffamatus, contumelias ultū ibat. Curtius, Melcagri temeritatem armis ultum ire decreuerant.

FOLIO 45.

Passim sequimur coruos.) Ex tertia Satyra Persij sumptum

sumptum est, & significat, nullum nos certum habere
 finem honorū malorumq; & ex tēpore uiuere, futura
 non prouidere, sed instantiū tantum curā habere. Cuius
 modi hoies ἐπιμοροί τῶν βίω appellātūr à Græcis. ἐπίμοροί
 Sacris operari, est rem diuinā facere, id est, ἱερουργεῖν τῶν
 γαίμ, ἱεροποιεῖν. Lulius, Nouendiale sacrum insti-
 tutum, & subinde procurandis prodigijs ciuitas pro-
 pè tota operata fuit. Idem, Tradunt regem operatum
 his sacris se abdidisse. Dicitur & alijs de rebus. Co-
 lumella, Operati rebus uenercis flumine ablui debent,
 id est, qui operam dederunt.

Prodicus præceptor fuit Isocratis. Is de Hercule scri-
 psit, ut auctor est Xenophon in secundo cōmemoratio-
 num. Id aut, quod hic de Hercule dicitur in biuio delibe-
 rantie, narratur à Cic. in 1. Offi. de temperantia.

Hic locus est parteis.) Ex sexto Aencidos.

Sinus multipliciter accipitur ab auctoribus, hic pro
 copia & abundantia. Simile serè est illud Seneca, Non re-
 cipit fordidū uirtus amatorem, soluto ad eam sinu ueni-
 endū est, aperta penu, & arca reclusa, effusa liberali-
 tate. Sinus etiā pro potestate accipitur, ut Cic. ad Attic.
 Mibi crede in sinu est, neq; ego discingor, id est, neq; ego
 emittā manu uel in secreto, neq; ego ulli credo arcanum
 meū. Hoc modo usus est Scaeuola in L. qui testamentū,
 de probationibus. Sinus interdū pro tutela capitur. Cic.
 in 5. Tuscul. de philosophia loquens, Cuius in sinū cum
 O 5 à primis

IN LIBRVM SECVNDVM

à primis temporibus etatis nostra uoluntas studiumq;
nos contulisset, & quæ sequuntur. Ut apud Plin. in panegy. E sinu uxoris successorē accipere. Cic. in Catili.
De eius delectu, immo uero de eius cōplexu atq; sinu,
quos pexo capillo nitidos, imberbes aut bene barbatos
uidetis. Illud Plin. in panegy. pro loco tuto & quieto
ponitur, in hoc urbis ocio, & intimo sinu pacis.

Excussuram, effusuram.

Grandiloquentiam &c.) Ut ad Rom. 8. Non sunt
condignæ passionēs huius sæculi &c. & Matthæi 9.
Centuplum accipiet, & quæ sequuntur.

Interusu-

rium.

ὁ μεταξὺ
τόκοσ.

Interusurium usura est quæ medio tempore fluxit.
τὸν μεταξὺ τόκοσ græci dicunt. Respōdet enim ad
hoc quod dixit, scœnoris centuplicati. Deo enim scœne=
rantur, qui in hac uita æquo animo in rebus aduersis
conflictantur. Et quod sequitur, hunc habet sensum.
Ut comparatione sp̄ei futura promittentis, præsentia
floccifaciam.

Tanti esse.

Tanti esse.) Sermo est elegans. Brutus ad Cic. Sed ni
hil tanti fuit, quo uenderemus fidē nostrā & libertatē,
id est, nihil tam æstimandū quā libertatē censuimus. Ci.
in Catili. Est mihi tanti Quirites huius inuidiæ falsæ
atq; iniquæ tēpestatē subire, dū modo à uobis huius bel
li nefarij periculū depellatur, id est, Tā magno æstimo
operæ precii tēpestatis huius subeundæ. Quo gene
re loquendi Budeus usus est hoc in loco. Simile est illud
Quint. in 7. An etiā tanti putauerit poenā subire. Cic. in

Verrem.

Verrē Hic tibi in mentem non uenit, hoc quoque iubere ut referret in tabulas, fuit tanti, mihi crede, haberes quod defenderes, id est, omnino id faciendum erat, si prudens homo fuisses. Vulgo dicitur, res hoc poscebat, et digna res erat in qua id fieret. Plin. in epist. Magno mihi seu ratio seu facilitas stetit, sed fuit tanti, nam regione tota et forma remissionis et nouitas laudatur. Vsus autem huius uocis non cuilibet in proprio est, quia non unius modi est $\pi\sigma\iota\ \pi\omicron\lambda\lambda\omicron\upsilon\ \alpha\upsilon$ et $\pi\sigma\iota\ \tau\omicron\sigma\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon$ dici potest.

Diffundi est hilarari, ut confundi tristari, hoc est $\delta\iota\alpha\chi\epsilon\acute{\iota}\omega$, et contrahi suscipere $\sigma\upsilon\sigma\epsilon\acute{\iota}\delta\omega$. Cice. in Laelio, Virtus uero cum in multis rebus tum in amicitia, tenera atque tractabilis est, ut et bonis amici diffundatur, et incommodis contrahatur. Lilius, Confusam eam cum forte pater uidisset, percunctatus est, Satis saluae sepe tamen pro perturbato ponitur, ut idem, Colligit et ipse Alexamenes animum confusum tanta cogitatione rei, et Curtius. Ore confuso notas magne perturbationis praeseferens. Quo modo hoc in loco accipi potest, nam tristitia est et grauudo et perturbatio animi à tranquillitate deuecti.

Transenna funis est traiectus, ut auctor est Serui exponens illud Maronianum, Volucrae traiecto in fune columbae. Et transenna laqueus est è fine traiecto dependens. Plaut. in Persa. Huc ego hodie in transenna dolis ducam dolis, itaque huic insidiae paratae sunt. Et in Rudente, In aetate hominum plurimae fiunt transennae, ubi decipiuntur

Diffundi.
Confundi.
Contrahi.
 $\delta\iota\alpha\chi\epsilon\acute{\iota}\omega =$
 $\omega\sigma\iota\ \sigma\upsilon =$
 $\sigma\epsilon\acute{\iota}\delta\omega$.

Tristitia.

Transenna.

IN LIBRVM TERTIVM

decipiuntur dolis, atq; ædepol in eas plerumq; esca im-
ponitur. Cic. in primo de Orat. pro edificio transuer-
so posuisse uidetur, quod inter duo ædificia traiectum
est, uel tabulato traiecto, Quam constructam (inquit)
uno in loco quasi per transfennam prætereuntes aspexi-
mus Hic metaphorice uita temporaria, & fluxa bono-
rum fructio, transfenna appellatur, quasi momentanea.
Homo enim ut editus est in mundo, res seculares quasi
per transfennam aspicit, & postea interit. A die enim
natali statim cedit dies mortis, ut superius dictum est.
Concinatas, artificiose structas.

FOLIO 40.

Murices.
ῥίβο-
λοι.

In uia muricata, muricibus sparsa, qui grecis tri-
boli dicuntur. In quamcūq; enim partem incubuerint,
ternos aculeos infestos habent.

Conuenit inter omnes, est in confesso.

Præiudicio sensus communis: sensu communi hoc
ueluti præiudicatum afferenti, in cuius sententiam cuius
ratiocinatio pedibus ire solet. Quid sit uidebis in lege,
fundum de exceptionibus.

IN LIBRVM TERTIVM
ANNOTATIONES.

Fundere
uerba.
ἔυρεσιλο-
γία.



Vndere uerba, est copiose loqui, & fa-
cile ἔυρεσιλογία Cic. lib. 3. de Orat.
Antipater Sidonius solitus est uersus
hexametros aliosq; uarijs modis atq;
numeris

numeris fundere ex tempore. Plaut. En mōstrum mu-
lieris, tantula tanta uerba fundiat. Idem Cic. in Tusc.
Sepe quæ si u. quid haberent, quod in bonis relinque-
rent, si illa detraxissent, nisi uellent uoces inaneis fun-
dere. Apud oratores græcos duobus his uerbis id ex-

παραῶμ
γαῶμ =
δῶμ.

primitur, παραῶμ & γαῶμ δῶμ.
Persuasionis aculeum) Plinius ad Tacitum scri-
bens, uerba Eupolidis de Pericle hæc refert, καὶ
μὲν ἂν πρὸς ὅρω δὲ κέντρων κατέλαπτε τοῖς
ἀκρωμυλῖς. Vnus (inquit) Pericles inter oratores
aculeum relinquebat audientibus.

Tingere leuiter est imbucere. Cice. Cornelia patris
elegantia tincta. & de Orat. Sit enim mihi tinctus lite-
ris, audierit aliquid, legerit, id est, sit mediocri literatu-
ra prædiuus, ut in eo appareat doctrina. Celsus, Su-
per imponi debet sponsia ex uino & rosa tincta.

Tingere.

FOLIO. 47.

Arduam subductu.) Ducitur ratio & subducitur, Subduce-
id est, colligitur.

re.

Excipere est compositæ & sine tumultu obsistere.

Quintil. Cum interim gladiatorem uehementis impetu
excipit aduersarij mollis articulus. Licet intelligi
possit pro improuiso occupat & arte superat, ut Ex-
cipit incautū. In superiore illa significatione δέχεσθαι
& ἐνδέχεσθαι græci dicunt. Dicitur etiā sustinere.

Excipere.

δέχεσθαι.
ἐνδέ
χεσθαι.

Excidisse.) Cic. Isti color immutatus est, uultus,
oratio, mens demq; excidit.

Velucius

TIVM

olerung. sic
dificio tran
dificia tran
rucliam (ing
tereuntis s
a, & fluxa
si moneta
seculares
erit. A die
rius dicitur

qui græcis tri-
incabuerit,

in communi
sententia
uidebis m

TIVM
E S.

eloqui, & fa
b. de Orat-
tus est uer
rijs modis
numis

[IN LIBRUM TERTIVM

Impedi-
mentum.

ἄρσκη
δυν.

Vel uerius impedimenta) Hic est dilogia figura . Im-
pedimenta sunt sarcinae maiores, & iumenta sarcina=
ria, græce ἄρσκη δυν dicuntur. Et impedimenta sunt
quæ nobis agentibus incommoda sunt . Figurate igitur
significat, minus suffarcinatos esse oportere, qui uere
picq; philosophari instituerunt . Nec enim fortunatos
esse magnopere expedire nec diuitijs oneratos, qui
iter ad superos contendere cœperunt.

Vestigia retrosum ferentia.) Ad superstites scilicet
redecuntium.

Assensum
sustinere.

ἔπέχω
πρὶ τοῦ
του.

ἔφεκτι-
κοί.
Epimythi-
um.

Apolo-
gus.

Apolo-
gum
facere.

Vaticinia cesserunt.) Responsa dare desierunt.

Assensum sustinere, est nondum fidem accommoda-
re. ἐπέχω τὴν συγκατάθεσιν. Cic. in Tuscu. Sed
nescio quomodo dum lego librum, assentior, cum po=
sui, assentio omnis elabatur . Dicitur & simpliciter à
græcis, ἔπέχω πρὸς τούτου, hoc est, retineo as=
sensionem. Vnde ἐφεκτικοὶ dicti Academici, ut supe-
rius diximus, & epoche apud Cic. in Acad.

Epimythiū est quod fabulæ additur, ut cum apologi
rationem & sententiam auctores mythologici atte=
xunt, ut sunt apud Aesopum appendices fabularum,
quasi affabulationes . Sunt autem Apologi fabulæ ad
mores formandos instituendosq; pertinentes. Cic. in se-
cundo de Orat. Ad hoc genus ascribamus narrationes
Apologorum . Apud Plautum, apologū facere est nar-
rationem commentitiā facere. Hic autem metaphori-
ce prolonga commemoratione ponitur.

Stoma-

Stomachose.) Indignationis plenæ.

Pauperes hic non, ut apud Horatium, pro paupertate, sed pro damno ponitur. Vlpianus in titulo, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Si quadrupes (inquit) pauperiem fecisse dicatur, actio ex lege xij. tabularum descendit. Quæ lex uoluit aut dari id animal quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ. Plut. in Solone, νόμος ἐλάβετο τῷ τετραπόδῳ νόcat. Nā quod in seruis noxa dicitur, ut supra dictū est, & noxā nocere, id in brutis, pauperiē facere uocabāt,

Paupes

rics.

Noxa

Habere comitia dicebatur is qui comitijs præerat designandis magistratibus. Is autem multum poterat. Significat igitur hodie fortunam in ornandis hominibus, honoribusq; & commodis publicis afficiendis plus posse & ualere, quàm dignitatem & decus reipublicæ.

Habere comitia

Speculatores sunt episcopi, & ij qui præcipuam auctoritatem habent in administranda repub. Sic enim in sacris scriptis uocantur. Est metaphora ab ijs qui spelculis urbium præfecti sunt.

Antisites olim sanorum erant, quibus interpretibus dij responsa sua dabant.

Antisites

Qui oracula exaudire nequeunt.) Id est, intelligere. Hic significantur episcopi literarum ignari.

Quæ nec respectare nec circumspicere.) Id quod facere, custodis est uigilantis.

Præcones

IN LIBRVM TERTIVM

Præcones rerum uociferandarum, sunt illi qui in rebus pperã administratis, & cū res ad summã indignitatẽ licentiãq; noxiam peruenerunt, exclamare deberent ut publicam uicem dolentes, & eos tamen uidemus silentio indulgere, ne in offensionem pæpotentium impingant.

Homines fuscæ uocis aut exiguæ.) qui hiscere uix audent.

F O L I O . 48 .

In perpetuum autem irrauescunt ij qui semper ali quid causantur quo minus palãm reprehendere eis liceat quæ secus admittuntur à potentibus, quiq; ueritatibus proferendæ nondum tempus uenisse excusant. Translatio ab ijs concionatoribus qui rauccidinem contraxerunt.

Nauseare uero eos dicit gubernatores, qui in aestu & iactatione maris, id est, in seditione populi, uel in rebus turbulentis, uirtute ac robore animi destituuntur, & pre inertia atq; ignauiã difficultati cedunt.

Anhelatorum.) Qui asthma morbo laborant.

Designatores.) Hos magistros cerimoniarum uulgus appellat.

Interpretes.) Hos græci ἑρμῆνες appellant, le gum & cerimoniarum interpretes.

Qui linguarum.) glossematum. non habent commercium, id est, qui uerborum enarrationem ignorât.

Quæ haud dubiæ fortunæ, non prouidentia.

Temeritatis.

Designa=
res.
ἑρμῆνες=
Tat.

Temeritatis, casus temerarij.

Dij meliora.) Pro eo quod est, absit.

Vicem nostram dolere, est propter incommoda pri-
uata dolere. Vicem autem publicam dolere, est quod ^{Vicem suam}
uulgo dicunt, zelo reipublicæ. Est autem figurata ^{dolere.}
locutio, ut docet Prisc. de constructione. Cice. in Ver-
rem, alienam uicem dolere dixit. Et in Bruto, Teq;
Bruti dolentem uicem, quasi defleuisse iudiciorum uas-
sitatem et fori, ὑπεραλγῆσαν τὴν ἀλλοτρίωμ, greci ὑπεραλ-
dicunt. Dicitur et cū alijs uerbis. Plaut. in capt. Neg.
de hac re negocium est, quin male occidam, oppetamq;
pestem, heri uicem meamq;, id est, non mea tantum
causa, sed etiam herili. Liuius, Stupentes iam tribunos,
et suam iam uicem magis anxios, quàm eius qui auxi-
lium ab se petebatur, consensus Po. Ro. liberauit. Cic.
Quanquã ille perennis inimicus nostram uicem ultus
est ipse sese, id est, in sese poena afficiendo occupauit
officium nostrum. Liuius, Remittimus hoc tibi, ne ui-
cem nostram irascaris, id est, nostra causa. Quod graeci
dicerent, τοῦτο γὰρ καὶ ἀλλοτρίωμ ἐδόμειθασοι, μὴ
ὑμῖν σιωδὸς γινέσθω, dicunt et σὺν χάριτι ἐχθόμε-
θα, uicem tuam dolemus, et alia similiter.

Præteritus est.) Præteriti senatores (inquit) Fe= Præteriti
stus) quondam in opprobrio non erant, Censores de-
tuis.
inde quemq; in senatu legerunt. Quo factum est, ut
qui præteriti essent et loco moti, haberentur ignomi-
niosi. Cic. pro Plancio, Nec si à populo præteritus est,

P quem

IN LIBRUM TERTIVM

Præteriri. quem non oportuit, à iudicibus condemnandus est, quò præteritus non est. Præteriri, in ordinum recensio-
ne, & inter alios non nominatim recenseri. Quorum
ἄμνημό-
νητοι.
ἄποδοκι-
μαθέν-
τες.
est apud Liviū crebra mentio, ἀμνημόνητοι græ-
ce dicuntur & ἀποδοκιμαθέντες.

Moderamen rerū providentiæ congruum.) Id est,
rectum, & pro dignitate hominum constitutum.

Statas.) Ratas & certas.

Stomachando.) Indignabunde querendo.

Conturbernio sociari.) Ut simul sint & morētur.

Occursatrices curas.) In festas menti.

Affectus interpellatores.) Constitutionis animi.

Commentaturæ.) Salubria agituræ.

Lacessere.) Prouocare.

Quod cœli tulit uolubilitas.) Quod ab affectione
cœli causam habet.

Mulctata.) Priuata.

Ambages fatōrum, appellat inexplicabilem seriem
rerum causarumq; diuinitus contextam, quam proui-
dentia moderatur ealege quam destinationem uocāt,
ad eamq; moderationem Prouidentia Parcarum fun-
ctionibus utitur. Quas Aristoteles ad tria tempora re-
fert, præsens, præteritum, & futurum. Qui & fatum
& Parcas & Adrastiam, quam aliqui perpetuā legem
uocant, ad Deum referi unicum, in lib. de mundo.

Parcæ.

Citra uniuersi solutionem.) Id est, sine mundi
interitu.

Acta

Acta circumducere, est acta antiquare & delere. *Acta circa*
 Paulus in titulo de re iudicata. Acta apud se habita, si *cūducere.*
 partes consentiant, iudex potest eo die iubere circūdu-
 ci, nisi uel negocium uel lis terminata est. Itidem Vlpia-
 de edicto circūducendo dicit, in titulo de iudicijs.

Intercessio est quam uulgo oppositionem uoca- *Intercessio.*
 mus. Cice. de legibus libro tertio, Nihil enim est mi-
 nus ciuile & humanum, quam quicquam agi per uim.
 Parere iubet lex intercessori, quo nihil præstāius. Im-
 pediri enim bonam rem melius, quam concedi male.
 Διαπορεία ἢ ἡ ἑλληνικοὶ uocant. *Διαπορεία.*

Lachesis ad uitam futuram pertinet, ut Atropos *Lachesis.*
 ad iam transactam. Die enim natali unicuique sua fors
 Dei providentia obuenit, propter quod dicit, retorque-
 ri quod netum est non posse, indignatione hominis, id
 est. ὃ ἐπιτεκλωσμένον πάλιν ἀνατεκλωσθῆναι. Id
 autem quod de parcis antiqui tradiderunt, multipli-
 cem habet intellectum, quare ad uarios sensus Budæus
 hic alludit.

Interlituram.) Deleturam.

Spirituum infractorum.) Fortunæ iniquitati non
 cedentium neque succumbentium.

Non mentis arbitrarium.) Non positum in men-
 tis potestate.

Denotare iniuriam, est quoquomodo tolerare & *Denotare*
 transmittere. Cice. in Bruto, Hominum stultitas ad iniuriam.

P a ineptias

IN LIBRUM TERTIUM

ineptias, quæ nobis deuorandæ sunt, non ferebat ille, id est, quæ ad animum non sunt reuocandæ, nec stomacho se estimandæ. Translatum uidetur à cibus feruidis in os temere immisisis, uel à catapotijs amaris & phar-
 macis, quæ cito deuorantur, nec regustantur. Idem in philip. Paucorum dierum molestiam deuorate. Quintili-
 in. Deuoret initio tædium illud, & scripta & lecta sepius reuoluendi, et quasi eundem cibū remandendi, id est, vincat ipse tædium patientia & obstinatione animi, ut quibus amarulentum aliquid deuorandum est. Lingua uernacula prouerbialiter dicere solet, cum necessitas patientiæ nobis instat, glutendum id esse tanquam lacte dulcius. Simile est deuorare pudorem, Apuleio, Tunc deuorato (inquit) pudore, & omni cunctatione dimota, sic ad aures domine perfert. Al-
 ter etiam usurpatur hoc uerbum, sed longum esset omnia explicare. Cicero pro eodem sorbere dicit, ut pro Murena, Multorum stultitiam perpeffus est, arrogan-
 tiam perulit, difficultatem exorbuit. Quoniam uero parum esset, indignitates deuorare, nisi etiam confice-
 rentur, ita ut postea non recurrerent in os, ideo fit ut concoquere etiam cas dicat, ut Cicero ad fratrem scri-
 bens, De epistola (inquit) Vatinij risi Sed me ab eo ita obseruari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Sic πείλαι τὴν ὄρην Aristoteles quodam in loco dixit, & Homerus ilados quæ artou ἄνθρωπος οὐ μὴν οὐδ' ἀχιλῆος θέτις παῖς κικλήμοιο μάχρα.

Sorbere-

Concoquere-

πείλαι
 τὴν ὄρην
 ἀχιλῆος

omnia explicare. Cicero pro eodem sorbere dicit, ut pro Murena, Multorum stultitiam perpeffus est, arrogan-
 tiam perulit, difficultatem exorbuit. Quoniam uero parum esset, indignitates deuorare, nisi etiam confice-
 rentur, ita ut postea non recurrerent in os, ideo fit ut concoquere etiam cas dicat, ut Cicero ad fratrem scri-
 bens, De epistola (inquit) Vatinij risi Sed me ab eo ita obseruari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Sic πείλαι τὴν ὄρην Aristoteles quodam in loco dixit, & Homerus ilados quæ artou ἄνθρωπος οὐ μὴν οὐδ' ἀχιλῆος θέτις παῖς κικλήμοιο μάχρα.

μάχη), ἀλλ' ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμολγία
 πείσῃ, & uidem de Meicagro, Ἰάδος ὁ τῆ ὄγε
 πεισκατέλεκτο χόλον θυμολγία πείσῃ Por
 rò quandoquidem stomacho concoquimus uorata,
 ideo subiungit, ad stomachum autem facient, id est, ad
 animi æquitatem, hoc enim aliquando significat. Cice-
 in epistolis, Consuetudo autem diuturna callum iam
 obduxit stomacho meo, id est, iam ego hæc ferre coe= Stoma=
 pi. Simile est illud Quintiliani lib. 6. Hæc autem Ca= chus=
 tonis animo, aut Cicerois stomacho ferenda sunt. De
 cuius uocabuli significatione longa esset enarratio.
 Facere ad stomachum dixit Martialis, Sic Quintilia.
 libro 10. Nec uersicolore m uestem bene ad forenses
 puluerem facere.

Providentiam prouocare.) Id est, Deum irritare.

Disceptatorem.) Iudicem.

Discepta=

Qua de re agitur.) Id est, quod in controuersi= tor.

am cadit, ut dicit Cicero in Topicis, ὁ κρινόμενος ὁ κρινόμενος
 græci dicunt.

μύθορ.

Vt cum fortuna damni dati experiamur.) Ver=
 bum est iuris. Experiri est actionem intendere in iu=
 dicio. Paulus citans uerba edicti prætorij in eum qui Experiri.
 uirapuit. Primo anno quo experiundi potestas fuit,
 in duplam, post annum in simplum actionem dabo.
 Cicero pro Quin. Si quid in controuersiam ue=
 niret, intra parietes aut summo iure experiretur. Græ

IN LIBRUM TERTIVM

ἔργων ἢ
 ῥεῶν δὲ
 κῆν λαγ
 ῥεῖμ.
 ce ἔργων ῥεῶν δὲ κῆν λαγ ῥεῖμ. dicitur, καὶ δὲ κῆν λαγ ῥεῖμ. Actio autem damni dati est ex lege Aquilia contra cum qui damnum intulit, appellatur q; damni iniuria dati, id est βλάβης δίκην.

Legibus teneatur.) Dicitum est in annota.

Noxa accepta.) Damno accepto.

Incumbere
 in uuln-
 nus.

Incumbere in uulnus, eorum est qui per ignauiam cubant in partem sauciam, nec medico uulnus curandum præbere sustinent, aut certe fomento aliquo foveendum.

Damni authorem.) Fortunam scilicet.

Apud nouercam quereris.) A prouerbio ductum.

Si in uentos.) Sic Lucanus in quinto. Pereuntia tempora fati Conqueror, in uentos impendo uota fretumq;.

Redire.

Redcuntis laboris.) Redire uerbum dicitur tanquam de semine. Varro libro primo. Quare obseruabis quantum ualet regio ac genus terræ, ut ex eodem semine aliubicum decem redeat, aliubi cum quindecim. In Sibaritano dicunt etiam cum centesimo redire solitum. Theophrastus in octauo, τῶν ἄχρον ἢ ἐκατὸν ἄχρον dicit, quasi centuplum fundens.

ἄλυσθ
 ἢ α.

In supplementum, tanquam de exercitu coelestis dixit. Nam ἢ Nazianzenus animas iam beatas ἄλυσθ ἢ α, id est. supplementum appellat propter lapsum demonum.

Intelligentiæ

Intelligentiæ abstractæ sunt qui nuncij coelestes, id est, angeli, dicuntur, $\nu\omicron\epsilon\gamma$ appellantur à Dionysio & Gregorio, $\epsilon\iota\ \nu\omicron\epsilon\gamma\alpha\iota\ \phi\upsilon\sigma\epsilon\gamma$, hoc est, naturæ intellectuales. Abstracta autem & separata dicuntur, quæ non sunt materiæ immixta, formæ scilicet à materia sciuntur, & figuræ mathematicæ, ut docet Themisthius in tertio de anima. Aristo. in decimo metaphysicon, ea quæ separata nostri dicunt & abstracta, ipse $\tau\alpha\ \epsilon\gamma\ \alpha\phi\alpha\iota\ \rho\epsilon\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$ uocat, $\delta\ \delta\epsilon\ \mu\alpha\delta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ (inquit ille) $\pi\epsilon\pi\iota\ \tau\alpha\ \delta\epsilon\ \alpha\phi\alpha\iota\ \rho\epsilon\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma\ \theta\epsilon\omega\pi\iota\alpha\mu\ \tau\epsilon\iota\tau\epsilon$. Quod aperte docet Themisthius in libro supra dicto. Alibi $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\ \delta\iota\kappa\iota\tau$.

$\nu\omicron\epsilon\gamma$
 $\nu\omicron\epsilon\gamma\alpha\iota$
 $\phi\upsilon\sigma\epsilon\gamma$
Abstra=
ta.
 $\tau\alpha\ \epsilon\gamma\ \alpha\phi\alpha\iota\ \rho\epsilon\iota\sigma\epsilon\omega\varsigma$
 $\chi\omega\epsilon\iota\varsigma\ \alpha$.

Gestienibus.) Præter modum gaudio perfusis.

Denūciare inimicitias.) Per translationē huc positum est, hoc est, quibus fortuna atrocē se & minacē infestānq; ostendit. Est enim id quod uulgus diffidare appellat. Cic. Non sum arbitratus quenquā nouas huic inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturū. Sic denunciare seruitutē, id est minari in Philip. & pro Murena, mimitari ac denūciare indicium, id est, delationē & accusationem. Denunciare periculū, Caesar. Cum neq; pollicitationibus (inquit) neq; denunciatione periculi permouere posset, oppugnare instituit.

Denuncia
re inimici
tias.

In rem præsentem.) Est in annot. explicatum.

Cōmentationis.) Meditationis philosophicæ.

Subducere rationem est colligere. Plautus, Beatus uidor, subduxi ratiunculam. Cic. Rationibusq; nem.

Subduce=
re ratio=
nem.

P 4 subdu=

IN LIBRVM TERTIVM

subductis summam feci cogitationum mearum. Idem
 Aſident, ſubducunt, ad nummum conuenit. Et ratio
 diligentiffime ſubducta, apud Tranq. in Claudio. Sen=
 ſus autem huius dicti huiusmodi eſt. Mens huma=
 na quamlibet meditatione obfirmata, & lectione ſacra
 inſtructa aduerſus impetus maleſuadae noxae, id eſt, ſy=
 gij malefici, & dolorum urentium uiolentiam, par ta=
 men certamini eſſe nequit, niſi gratia inſuper diuina
 loricata ſit. Cuius incomodi cauſa eſt ſtupor ſenſus hu=
 mani, & rationis inertia in appulſu doloris, quae medi=
 tationem uirtutis, & quaſi proluſionem accommoda=
 re in re praſenti nequit neceſſitati.

Apta ſit cum clogijs.) Id eſt, coherentis.

Cum acriter tenet animum.) Ad concipiendas
 ſcilicet noxias.

Sicarium illum ſpiritalem.) Demonem.

Prauis inſtinctibus graſſantem.) Noxijs affecti=
 bus ſtimulantem.

FOLIO 51.

Laribus diris.) Demonibus.

Ceſim ire.) Id eſt, cedendo ſe recipere.

Ceſim
 ire.

Qui in fuſtuarium aliquando mereatur.) Id eſt, qui
 non peccet, & ob id dignus ſit qui uapulet. Fuſtuarium
 eſt qui legionarios fuſtibus cedebat ob delicta milita=
 ria. Cicero in Philip. Nam ſi ille conſulerat, fuſtu=
 arum meruerunt legiones, quae conſulem reliquerunt.
 Linius libro 5. ab urbe condita, Fuſtuarium meretur,

us.

qm

qui signa relinquit, aut praesidio deccedit. *Fustis* autem *Fustis*
 ualidum baculū interdum significat, interdum uirgam.
 Plin. lib. 7. Praelium Afri contra Aegyptios primi fece-
 re *fustibus*, quos uocant phalangas. Cicero in Ver. act.
 quinta, Custodes male multati *fustibus* ac clauis repel-
 luntur. Idem in ult. in Ver. Sex liciores illum circumsi-
 stunt ualentissimi, & ad pulsandos uerberandosq; ho-
 mines exercitissimi, caedunt acerrime uirgis. deinde
 proximus licior conuerso bacillo oculos tundere uehe-
 mentissime cepit. Virgas et bacillos pro *fustibus* dixit,
 qui à flagris differrebant, ut uidere est in lege seruorum,
 in titulo de poenis, in Pande. *Fustuarius* esse dici potest
 clauator, ex Festo & Plauto, apud quem etiam calator *Clauator*.
 dicitur, quia claua etiam calum uerbo graeco dicitur. *Fu* *Calator*.
stuarium mereri sic dicebant, ut nunc uulgus, meritus
 est bastonatas, dicere solet. *Lorarius* autem dictio est u- *Lorarius*.
 sitata apud comicos, ut apud Plautum, pro eo, qui loris
 uincibat.

Ampliatos, quid significet, est in Annotationibus
 planum factum.

Oborto collo.) Prouerbialiter apud Ciceronem
 dicitur.

Fortuna, bona dicitur et pignora *Liuius*, Pleni for *Fortuna*.
tinarū gloriæq; triumphantes domū red. batis.

In capite.) *Caput* interdū pro exstimatione poni *Caput*.
 tur, interdum pro discrimine uitae, ut capitale crimen, *Capuale*.
 & capitalis poena. *Callistratus* in L. *capitalium*, in titu.

P 5 de poenis.

IN LIBRVM TERTIVM

de poenis, Et capitale, ad periculū caputis pertinet, ob
idq; metuendū. Cice in Verrem. Illud est capitale, illud
est formidolosum, illud opimo cuiq; metuendum. Et ca
pualis noxa Luito, ad caput pertinens, lib. 3. ab Vrbe.
Qui magistratum sine prouocatione creasset, cum fas
esset occidi, neue ea caedes capuali noxa haberetur. Pro
existimatione posuit, pro Quintio, Nam quid hoc ini
quius C. Aquili, quam me, qui caput alterius famam for
tunasq; defendam, primo loco dicere? Agebatur enim
à Cicrone causa apud Aquilium iudicem, sponsonis
non criminis. Et in Verrem, Diligenter caueret, ne quid
esset in literis sociorum, quod contra suum caput atq;
existimationem ualere posset.

Vibices, id est, μῶλωπαρ, hoc est, indicia uerberū.
Hic aut metaphoricè intelligenda sunt incōmoda in cor
pore & in patrimonio accepta, noxae in corporis infir
mitate contractae, & iacturæ in censu imminuto.

Præut est. Præut est multorum conditio. Sic Plautus in Am
phit. Perijmere, parum etiam præut futurum est præ
dicat, id est, parum est hoc, si cum eo compares, quod
futurum est. Idem alibi, Modestior nunc quidem est de
uerbis præut dudum fuit. Alibi, Pentheum diripuisse
aiunt bacchas, nugas fuisse credo præut est, quo pacto
ego diuersus distrahor, alibi præut quæ dixit. Sic dicitur,
ut prout. Hic ergo, præut est multorum conditio. ὧς
ὡς δὲ τὴν αἰῶν ὡς δὲ π κατὰ σασιπ.

Natio.

E natione fortunatorum.) Natio profecta & ge
nere ho

vere hominum. Cicero in Pisonem, Dico uenisse penè neminem, ne de officiosissima quidem natione candida torum. Et alibi sepe uidem.

Et hæc sunt commercia cœli.) His modis cœlum mereri possumus.

Conscelerando animum, scelere obstringendo.

Copiam oblumarent.) Circumciderent, imminue= Oblimo= vent, detererent.

Mittere sanguinem est, quod Græci dicunt φλεβο Mittere-
τομην id est, minuere sanguinem uenifecio. Inde per sanguinè.
translationē dixit, mittere sanguinem redundantie, id φλεβοτο
est, imminuere patrimoniū præopulentū, quod ita no- μην.
cere uidetur animi tranquillitati, ut sanguis exuperans
in corpore noxius est ualetudini. Sic Cic. ad Atticum li=
bro primo. Nam et illud non obest, uideri nostrum testi=
moniū non ualuisse, Missus est sanguis inuidiæ sine do=
lore. Supra enim dixerat, Apud bonos iidē sumus, quos
reliquisti, id est, Antea nos regnare distabamur in iu=
dicijs. Quod autem in iudicio Clodiano Cicronis te=
stimonium à maiori iudicum parte creditum non e=
rat, ideo dicit inuidiam eius potentiæ esse imminu=
tam sine fāmæ dispendio. Quia notum erat, cor=
ruptum illud fuisse iudicium, et nummarios iudices
Clodium absoluisse.

Non nefās est laudare.) Id est, citare.

Laudare.

Parcarum fufis implicitum.) Sic enim Homerus.
ὄς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ θελοῖσι βροτοῖσι.
Historia

IN LIBRVM TERTIVM

Historia Mosis.) Geneleos cap. 3.

Quo ex fonte ducuntur.) Sic Cice. in 5. de finibus,
Quo inuento omnis ab eo, quasi capite de summo bono
& malo disputatio ducitur.

Mente tantum perceptarum.) Id est, intelligibiliū.

**Haurire
imaginē.**

Haustra ueritatis imagine.) Haurire imaginem, est
animo concipere, ut Cyprianus ad Donatū de inspirata
ueritatis cognitione, Nec per moras (inquit) temporū
longa agnitione colligitur, sed compendio gratie matu-
rantis hauritur. Hoc enim uerbū multipliciter usurpa-
tur, ut, Voccmq; his auribus hausi. Et Liuius, Tūc enim

Haurire.

uero omnis etas currere obuij, primus quisq; oculis au-
ribusq; tantū gaudium haurire cupientes. Haurire enī
non tantū est aurium, sed omnīū etiam sensuum. Cice-
pro Celio, Vidi enim uidi, & illum hausi dolorem, uel
acerbissimū in uita, cum Q. Metellus abstraheretur ē
sinu gremioq; patrie. Vbi oculis haussisse intelligo, etiā
si in finibus de Pompeio loquens ita inquit, Qui si mor-
tem tum obuiisset, in amplissimis fortunis obuiisset. Is
propagatione uite quot, quātos, quam incredibiles hau-
sit calamitates? Et pro domo sua, Si utile fuit reip. hau-
rire me unum pro omnibus illam indignissimā calamita-
tem, quasi sensibus omnibus percipere.

FOLIO 52.

Accidere.

Extenuentur & accidantur.) Accidere, est exte-
nuare, oblimare, circumcidere, exhaurire. Liuius, Ita
prælio uno accidit Vestinorum res, ut ne uallo quidem
freti,

freti, in oppida dilaberentur. Idem, Quoniam acci-
sas res eorum satis constabat, id est, ἐκτετραχωμέ-
τας, seu κατηναλωμένας.

Collineare est, quod Græci dicunt κατασοχῆν, Collineare
hoc est, τὸν σοχασμὸν κατορθοῦν, linearumq; ui κατασο-
fualium contentione ita regere, ut à scopulo proposito χῆν.

non aberremus, cum sagittam arcu uel scorpione mitti-
mus, nunc album figere dicunt. Cic. lib. 3. de finibus, Ut
sicui propositū sit collineare hastā aliquō aut sagittam,
sicut nos ultimū in bonis ducimus, sic illi facere omnia,
quæ possit, ut collineet. Alibi pro eodem collimare legi-
tur, quod à limis oculis deriuatū est. Solent enim οἱ σο-
χολοῦμενοι, id est, intendentes in scopū figendū, limis
aspicere, alteroq; oculo nictare. Vtrumq; aut opinor re-
ste dici posse. Martian. Capella lucem collineatā dixit.

Segetem uertere, quid sit, ex Plinio intelligitur, lib. 18. Vertere
In hoc temporis interuallo lupinum stercorandi cau-
sa uertitur, id est, inaratur, hoc est, aratro obruitur. in-
deq; factum, ut uertere pro euertere ponatur. Cic. lib.
primo Offic. Qui cum bello Peloponnesiaco multa se-
cisset egregie, ad extremū uertit omnia.

Acre stipendioq; diruti.) Erasi è numeris milita-
ribus, stipendioq; casti. De quo uerbo in Annotationi-
bus dictum est. Diruti-
ere-

Affensum sustinere.) Suspendere.

Nequid externæ opis.) Extrinsecus querendæ.

Eodem in uestigio manens.) Id est, ex tempore.

Quando

IN LIBRVM TERTIVM

Quando res dilationis non est.) In promptu enim est responsio.

Angor.

Angor à Cicerone dicitur, quæ ab alijs anxietas, ut in finibus, Angore & metu conficiuntur. Alibi, Nam & letamur amicorum læticia æque ac nostra, & pariter dolemus angoribus.

FOLIO 53.

Se probare providentiæ.) Supra explicatum est, quid significet.

Exprobrare.

Exprobrare, interdū obijcere est culpā, non uerbis, sed re et aliquo facto, ut Plin. in epist. Nam mala emptio semp ingrata, eo quod exprobrare stulticiā domino uidetur. Tacitus, Corbulo cū suis copijs ad ripā Euphratis obuius Peto, non eam spēm insigniū & armorū prætulit, ut diuersitatē exprobraret. i. ut spēs & decor exercitus eius conspicuā faceret Peti exercitus deformitatē. Sic Seneca ad Martiam, Equestri insidens in sacra uia Chlœlia exprobrat iuuenibus nostris puluinū ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus. Hæc significatio æqualis (ut opinor) fuit eius seculi, sicut & aliæ multæ dictiones, non ideo minus probæ, contra quàm aliqui uiri egregie docti opinantur. Exprobrare in hoc sensu, κατηγορεῖν dici potest, & καταμνήειν, & παρισῶν.

Depre

Deprehensus dicitur, qui in summa difficultate stu-
pet animo, & inopia consilij oppressus est. Quintil. in
12. Vt parua quædam in angustijs mobilia, in campo de-
prehenduntur. Curtius in 5. Tunc hæsitabat deprehensa
foelicitas, nec aliud remediū erat, quā reuerti qua uene-
rat. Et rursus Quintil. in 10. Vt neq; deprehensus ora-
tor, neq; litigator destitutus esse uideatur.

Depre-
hensus.

At rerum aduersarum &c.) Est anihypophora.

In sole æstare.) Sol & puluis, pro uero & iusto
certamine, non ludicro, nec umbratili, ut palestritarū.

Solēnes sanguinis misiones.) Id est, anniuersarias.

Non redundantis.) Hoc dicit propter patrimoniū
compositum magis quā copiosum.

Præsertim hac ætate.) Iam grandiore, nondū ta-
men exangui.

Quasi iam tyrunculi.) Respondet præ-

sidio, quæ dictio ad rem militarē pertinet, ut etiā sacra-
mentū. Lilius lib. 7. Dictator cum tumultus Gallici cau-
sa iustitiam edixisset, omnes iuniores sacramento ad-
egit, ingentiq; exercitu præfectus est.

Qui, si fide bona.) Id est, non simulate.

Encyclopædiæ.) Vide in Annotationi. quid sit.

Nec rictum nobis diducere &c.) Id est, nec ad hila **Rictus**

ritatē impellere, nec ad mœsticiam. Horatius, Ergo non
satus est risu diducere rictum. Rictus est oris disten-
tio, qualis esse solet in ridentibus. A Græcis gelasimus **γελασίμ**
dicitur, quo uerbo usus est Martialis, Rictus etiam **vog.**

pro mi

IN LIBRVM TERTIVM

pro minaci habitu oris ponitur. Cice. in Verre de Herculis statua. Vsq; adeo, ut rictus eius atq; mentum sit paulo atrocius. Tractum hoc à canibus, dum ringuntur. Quintil. Observandū ne labra torqueantur, ne imodicius hiatus rictū distendat, id est, os in ringentis modum formet. Alter Iuuenalis accepit, cū inquit, ipse ad conspectum cœnae diducere rictū Conticius, id est, os aperire. Contrahere rictū, eorum est, qui mœsti aut meditantibundi sunt, quod est $\sigma\upsilon\sigma\acute{o}\mu\omega\varsigma$ $\lambda\iota\alpha\kappa\acute{\epsilon}\iota\delta\alpha\iota$. In illo uero Ciceronis exēplo, δ' $\sigma\epsilon\sigma\eta\gamma\acute{o}\varsigma$ proprie dici potest.

$\sigma\upsilon\sigma\acute{o}$

$\mu\omega\varsigma$

$\lambda\iota\alpha\kappa\acute{\epsilon}\iota\delta\alpha\iota$

Dediticij.

$\epsilon\kappa\delta\omicron\tau\omicron\iota$

FOLIO 54.

Dediticij sunt $\epsilon\kappa\delta\omicron\tau\omicron\iota$, id est, ij qui se permittunt alienæ uoluntati. Quod non nisi in extrema fit inopia consilij & presidij, ut Campani olim Romanis se dederunt. Lilius, Itaq; populum Campanū urbemq; Capuam, agros, delubra Deum, humanaq; omnia in uestram populiq; Romani ditionem dedimus, quicquid de inde patiemur, dediticij uestri passuri.

Sartus

tectus.

Sartus & tectus.) Siue sine coniunctione, sartus tectus, est integer & minime imminutus, & detrimenti expers, ut copiose in Annotationibus planū factum est. Sic Cic. in 13. epist. Si ullam in amicitia mea spem habes, hoc mihi da atq; largire, ut M. Curiū sartum & tectū (quod aiunt) ab omniq; incōmodo, detrimento, molestia, syncerum integrumq; conserues.

Obsolētū.

Obsoletum hoc in loco usuatū & peruulgatum significat, quod & peruagatum à Cicerone sepe dicitur.

Lilius

Liuius, Populo Romano usitata, ac propè obsoleta ex
 uictoria gaudia esse, id est, ob uincendi consuetudinem
 non eximia, sed penè fastidita. Idem, Alter consul Euluij
 eam excepit, qui ueterè & obsoletā uiam ingressus,
 dixit sic Marcellum à Syracusanis accusatū. Cic. in Ver
 rem, Non uide Populus Romanus obsoletis criminibus
 accusari Verrè, noua postulat, inaudita desyderat. Est
 ergo obsoletum, quod usu tritium est, ut obsoleta uestis,
 quæ enim ad usum exposita sunt, facile trita fiunt. Hoc
 etiā translaticiu dicitur à Plinio in 7. Translaticium in
 Ægypto est (inquit) octauo gigni mense, id est, usita
 tum Alij translatiuū dicunt. Plin. in epist. Nectue natu
 re est translatiua hæc, & quasi publica officia à familia
 ribus amicis cōtra eorum cōmodum exigere, id est, uul
 garia, & ab omnibus amicis prestari solita, etiā medio
 eribus. Translaticium aut non nouū, non singulare ideo
 dicitur, quod quæ aliunde translata sunt, non apud nos
 reperta sunt, sed antiqua, ut Cic. in Verrem acti. 2. Sed
 in re usitata satis est dixisse, & hoc uetus translaticiuū
 esse. Solenne etiā dicitur ab utroq; Plinio & Columella.
 Obsoletū in hoc significato est $\epsilon\iota\kappa\alpha\iota\omicron\upsilon\mu$, $\alpha\gamma\omicron\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\mu$, δ
 $\tau\upsilon\chi\omicron\upsilon\mu$, & ad uerbum, $\alpha\pi\theta\epsilon\chi\alpha\iota\omega\mu\epsilon\nu\omicron\mu$.
 iniquitate onerum.) Nima grauitate.
 Ne fraudi sit.) Ne noxiæ impuetur, ne pœnale sit.
 Euenta incommode excipientes.) Non in rem su
 am uertentes.

Transla
 ticiuum.

Solenne.
 $\epsilon\iota\kappa\alpha\iota\omicron\upsilon\mu$,
 $\alpha\gamma\omicron\rho\alpha\iota\omicron\upsilon\mu$
 δ
 $\tau\upsilon\chi\omicron\upsilon\mu$
 $\alpha\pi\theta\epsilon\chi\alpha\iota\omega\mu\epsilon\nu\omicron\mu$.

Grauer de se consulere.) Est aliquid sibi pernizi
 osum

IN LIBRVM TERTIVM.

Graviter de se confulere. ciofum constituere & exequi. Luvius, Quod ubi nunciatum est Scipioni, nequid eger animo ferox iuuenis grauius confuleret, acciū cum folatur, id est, ne sibi mortem conscisceret, uel si maius græce, ἴνα μή τι κακῶς ᾧ ᾧ ἐαυτοῦ βουλεύσαιο, seu ἴνα μή τι δεινὸν εἰς ἑαυτὸν διαδοῖτο. Hoc autē in loco significat, impatiētiæ scelere se alligare, quod apud deū capita

Interdicta Admitte re noxam. Retinendæ mordicus.) Alludit ad interdicta duo retinendæ, scilicet recuperandæ possessio nis, quæ uerba triuialia sunt leguleis.

Noxam admiserimus.) Dicitur, ut scelus admittere. Iuuenalis, Quid Psecas admisit? quanam est hic culpa puellæ?

In gradū.) Patientiæ, scilicet ac cōpositæ mentis. Arbitri.) Spectatoris.

Fomētia.) Consolationes quæ fouent animū spe præmiorum eternorū. Translatio est à medicorum fomentis. Celsus, Quin etiā calido oleo replentur utriculi, ac super cō membro, quod fouendum est, collocantur. Fomenta quæ dā calida sunt, quæ dā frigida, quædam sicca, & quæ dā humidā. Fouere, quantiū pertinet ad medicos, πυριῶν græce dicitur. & πυριῶμα dicitur etiā κατὰ τὰν λῆρ, & κατὰ τὰν λημα, quādo fit infusione. Gellius, Qualibus ad uie molestias minuendas fomentis, leuamentis, solatijs, amicū esse conueniat.

Fouere. πυριῶν.
πυριῶμα.
κατὰ τὰν λῆρ, κατὰ τὰν λημα.
Mutuari consilium.

Mutuari consilium.) Luvius, Instituit ipse secum re putare quemadmodum promissi fidem præstaret, quod

cum ex

eum expedire nō posset, ab amore impudens mutuatur
 consilium. Vale. lib. 8. Quas corporis habitus uires ne-
 gauerat, à labore mutuaus est, id est, labore suppleuit.
 Et alibi lib. 7. Misertus est Iuppiter Romane uirutis,
 præsidium ab astutia mutantis. Sic in proposito, Cui phi-
 losophiæ solamina in maiore aliquo casu desunt, confer-
 re animi languorē ad præsidium Christi debet, qui polli-
 citus est nemini opem imploranti defuturum.

Implorare hic ad asylum referendū est. Vulgo enim
 qui ad asyla confugiunt, asyla ius postulant ab editu-
 is, significantes se ad asylum, tanquam ad præsidium
 confugere, atq; eo uti uelle. Asylum autem est tute-
 la ab omni maiore noxa.

Qui uel incunis &c.) Id est, qui in diuitijs na-
 ti sunt & alti.

FOLIO 55.

Fortuna benigniore.) Liberaliore. De seuire.

De seuire.) Ad satietatem usq; debacchari, & con-
 uicijs in Deum diuosq; indulgere.

Quasiq; in febre.) Iræ, scilicet frendentis & fremen-
 si hæc tenus defunguntur.) id est, (bunde. Defungi.
 si non grauius, atq; eo amplius, diuinitus pleclūtur, &
 ea tantum animaduersione mulctantur. Hoc uerbum in
 Annotationibus enarratum est.

Supereffe.) Patrocinari & adesse. Supereffe.
 Iusto curatores.) Præter modum pingues. Cato, Curatus.

Hoc si feceris, uaboues & corpore curatores erunt,

Q. 2 & mor

IN LIBRUM TERTIVM

Et morbus aberit; id est, meliore habitudine.

Desponde Despondere animū, est languere animo, Et penē de
re animū. ploratiā spem uitae habere. Plautus in prologo Menaech.
 Pater eius postquā puerum perdidit, animū despondit, atq; is ægritudine paucis post diebus est mortuus.
 Varro lib. 3. de re rust. Hoc autem ideo in secluso fiat, ne
 reliqui si uideant, despondeant animū, atq; alieno tempore
 uenditori moriantur. Columella despondere so-
 lum dixit, lib. 9. Turdi (inquit) caueis clausi plurimi
 despondent, id est, θανατώσι, est etiam quod Graeci di-
 cunt ἀλύει, ἀπενενομήως πρὸς τὸ ῥῆμα ἔχειν.
 Interdum significat, perditas spes habere, Et ob id te-
 dio lucis affici. Liiius lib. 3. Nec ipsi tantum desponde-
 rant animos, sed etiam contemni cepti erant a finiti-
 mis populis, id est, Popu. Romanus tyrannide decemui-
 rali oppressus, non tantū deploratæ spei erat, sed etiā,
 Et reliqua. Quod Graeci dicerent, ἀπενωκότως
 εἶχον. Hic autem despondere animum perferendi, est
 animo succumbere, Et mori destinare.

Versura. Cito decumbunt.) Degrauate, scilicet adipe.
Visti = Versuram.) Sulcum per aelum.
marij. Victimarij à Callistrato numerantur inter eos, qui
 immunitatem habebant, Et castra sequebantur.
Adipes ex Adipes extenuare.) Metaphorice ponitur, pro eo
tenuare. quod est, casibus aduersis, quasi emaciare, exuberantemq;
 copiam circumcidere. Alioqui uelut prae pingues
 uiculae maclandi sunt, Et uelut boues in isto obestio-
 res, ad

res, ad laniendam destinandi.

Admissarij.) Tauri qui admissur.e causa aluntur. Admissa =
Soluti sunt lege.) Vacationem legis habent. rij.

Vehentes.) Id est, ἐποχουμένους, qui à Parcisi fortunaq; in alitū tollebat̄ur, cu interim populus quosdā eorū plausu, qui. s. digni fortun.e fauore uidebat̄ur, quosdam murmure aduerso psequeretur, ut indignos rebus secūdis. De ijs loquitur, quos uidit aut meminit.

Succollaris.) In humeros suos tollens. κατομα = Succellare
δὸν ἀραμένη.

Venditare.) Ostendet, ut in Annotationibus satis Venditare
explicatum est. Cicero, Quin etiam laudabiliora omnia
uidentur, quae sine uenditione, ac populo teste fiunt. ἀραμένη
ἀραμένη κινυοῦς, graece dicitur. Sed uenditare se ali-
cui, cum datiuo, ἐνδὲ κινυοῦς, καὶ προσνέμερ ἐ = ἐνδὲι =
αὐτῶν τιμῶν etia cum datiuo iungitur, ὁ χαρὶς ἐοδα =
ἐαυτῶν χηρίσασθαι ὅτι ἀρ βούληται. προσνέ =
μερ.

Ephedrice.) Addubitamer ὁ religiose.

FOLIO 56.

Cataleptice.) Cum fiducia ὁ assueuatione.

Commentarios.) Id est, ἀδῆα. Hoc enim cōmentari-
us interdum significat, hoc est, ὑπόμνημα. ὁ ὑπο =
μνηματισμὸν. Caelius ad Ciceronem, Quā quisq; sen-
tentiam dixerit, in cōmētario est rerum urbanarum, ὑπόμνη =
ἐ quo tu quae digna sunt selige. Est enim cōmentari-
um seu cōmentarius id, quod Graeci ἐ φημιδῶα νο-
cant, quae Iuuenalis diurna dexu in plurali. Est etiam
τισμὸν ἐ φημιδῶα

Q 3 commen

IN LIBRUM FERTIVM

eōmentarius id, quod uulgus memorias uocat seu mem-
oriale. Cic. ad Luceiā lib. 5. epist. Si enim suscipis causam,
conficiam cōmentarios rerū omniū. Sin autē differs me
in tempus aliud, corā tecum loquar, id est, Si tu scriptu-
rum te promittis historiā rerum mearū, dabo tibi capi-
ta rerū, ut omnia stilo illustres. Inde cōmentarij Casar-

Ἐπιόμιον =
μοα.

Manifesti.

Manifesti uaniloquentia.) Id est, comperti & con-
uicti, locutio est Taciti.

Circulatrix illa noxa.) Id est, stygius circulator.

Corona.

Corona.) Turba circulatori circumfusa.

Rationem

Sua constat ratio.) Id est, cū in omnibus rebus, tum

constare:

etiā in ijs rebus, in quibus conspicua esse uideatur Fortu-
nae potentia, tamen in egrae partes constant providen-
tiaē diuinae, & praecipua auctoritas, apud eos quidem
qui recte res aestimare nouerunt. Quid sit rationē con-
stare, apud Vallam libro quinto eleg. inuenies. Sed mul-
tiplex est usus, cuius explicatio multis uerbis egeret.
Sua constat ratio & auctoritas prudentiaē, sic di-
ctum est, ut Cicero ad Atticum scribens dicit, Nequid
existimes ab illo factum, quo minus mea in te officia con-
starent, id est, implerem officia amici. & pro Quintio.
Hic quoq; summe constat procuratoris diligens officii
um, id est, nihil praetermissum est, quod officij pro-
curatorij fuerit. Sic Luuius, in omnibus, quae ipse
us potestatis fuerunt, fides constituit praetoris, id est,

omnia

omnino conuentis stetit. Flexanima.) id est, *Flexanima*
 ἄνωγος, & animos hominum flectens. *ma.*

Architectonica.) Architecti rationem obtinens. *Archite=
 In Annotationibus dictum est. Architectus.*

Noxiarum potestatum.) Diemonum.

Cecos uerborum stimulos.) Intestinos furoris hu-
 mani, aut conscelerate mentis impetus.

Vertant.) id est, uertantur & exeant in eam rerū
 tēporumq; conditionē, quā Deus prouidentia sua desti-
